Class PT7269

Book .E2A9

1809

COPY 2

EGILLI SKALLAGRIMII VITA.

270
924

EX LEGATO ARNA-MAGNÆANO.

Schlegel

EGILLI SKALLAGRIMII

VITA.

EX LEGATO ARNA-MAGNÆANO.

EGILS-SAGA,

SIVE

EGILLI SKALLAGRIMII VITA.

EX MANUSCRIPTIS LEGATI ARNA-MAGNÆANI

CUM

INTERPRETATIONE LATINA NOTIS CHRONOLOGIA

ET TRIBUS TABB. ÆNEIS.

HAVNIÆ, MDCCCIX.

SUMPTIBUS LEGATI ARNA-MAGNÆANI

EX TYPOGRAPHEO JOH. RUD. THIELE.

Copy 2.

JUN 18 1914

PT 7269
.E2A9
1809
Copy 2

IN EXCHANGE
CLEVELAND PUB. LIB.
APR 20 1917

Egilli Skallagrimi filii vitam et rerum geſtarum hiſtoriam verſione latina donatam tibi Lector humaniſſime exhibemus. Natus ille fuit atavis Norvegiæ ſeptentrionalis heroibus antiqvitate generis ac nobilitate claris. Horum virtutis et gloriæ legitimus hæres in id ſemper ferebatur, ut nova indies incrementa caperet generis ſui ſplendor. Illi a prima juventute, pro more ſeculi, cædes, et bella grata fuere. Animus audax, varius, indocilis pati, qvidqvid cupidini gloriæ obfuerit, immoderata nimis alta ſemper cupiebat. Id cum Haraldus Pulcricomus Rex *Norvegiæ* indignaretur, et magnæ eſſet hujus filiis invidiæ, Norvegia relicta, in Islandiam ea tempeſtate inventam migravit, et penatibus ibi ſedem fixit. Hic auctor fuit familiarum inſulæ præſtantiſſimarum, qvas inter *Myramannenſis* agmen ducit; hinc *Sturlungi* illorumque poſteri *Skardenſes* deſcendunt, utrique omnium, qvos terra iſta tulit ingenii et virium opibus maxime pollentes. Præ cæteris *Egillus* noſter et venæ poëticæ lepore, et armorum uſu maxime inclaruit: Qvibus artibus immortalitatem, et principum, qvos ſacer et magnus vatis labor eripuit fato, amicitiam, amplaque xenia conſecutus eſt. Hujus igitur vita, ut ut ſit hominis privati, magni tamen eſt momenti, ſiqvidem nobis ſpeculi inſtar veritatem non fallentis veriſſima antiqvitatis ſpecimina ante oculos ponit. Stilo adhæc concinnata æqvo admodum

APR 25 1914

dum et placido, ad vivum pingit ſeculi mores, ritus, vitæ communis inſtituta, commercia et artis. Præterea leges hujus regni, jus ordalicum, familiæ herciſcundæ modum, ſolennes juris proceſſualis formulas et recepta conſvetudine duella, ſolemniaque populi Norvegici verba alioqvin minus cognita in medium profert. Ita fax hoc opere accenſa lumine ſuo ducit curioſos obſcuræ rimatores antiqvitatis, ad diſcutiendas hiſtoriæ veteris Norvegiæ tenebras. Sed qvis, forte interpellat Lector, ſat fidus nobis ſponſor erit, pro veritate eorum, qvæ hic narrantur. Cæca neutiqvam confidentia fidem interponit. Nituntur ſane illa auctoritate ſcriptorum, qvi noſtro plane ignoti res ſeculi ſui geſtas miro qvodam conſenſu poſteris reliqverunt. Nec *Landnamæ* de prima Islandiæ occupatione, nec *Laxdælæ*, nec *Gunnlaugi Ophioglotti* vitæ nec *Sturlungæ*, qvarum ſingulæ *Egilli* inſignes expeditiones, clarosque recenſent poſteros, auctoritatem implorare, nos urget neceſſitas.

Acqvieſcamus cedo unica, qvam auctor noſter promit de gravi iſto ad *Brunaburgum* prælio relatione. Qvam bene hæc, qvæſo, concordat cum graviſſimis rerum Anglicarum ſcriptoribus, qvantam lucem, haud aliunde hauriendam iis infert. Teſtes compellare fas eſto *Torfæum*, *Suhmium*, *Schönningium* hiſtoriæ borealis principes, qvi nihil ſine prævio, eoque bene trutinato examine, ut fide publica dignum promſere Omnes auctorem noſtrum permagni facientes ſuis in operibus haud raro inducunt *) varios iſtos exponentem caſus, qvi in *Dania*, Nor-

*) Præ cæteris conferri meretur Schönningii *Norges Riges Hiſtorie.* 2. Deel. pag. 241, usque 445. Suhm *Hiſtorie af Danmark.* 2. Deel. pag. 540-552, 589, 590.

Norvegia et *Britannia* minores principatus ſub jugum actos, in abſoluti regiminis formam redegerunt.

Ex qvo intellegi poteſt dignum eſſe hoc opus, cui locus detur inter præcipua rei literariæ Islandicæ monumenta. Igitur dolendum eſt, latere nos, qvis fuerit auctor, et qvo tempore, locoque vixerit. Etſi res ita ſeſe habeat, tamen non deſunt argumenta, qvibus ſcriptorem hiſtoriæ *Egillianæ*, et tempus qvo floruerit, ſi non acu tangere, at ſaltem conjectare liceat. Citra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, optima hiſtoricorum Islandicorum monumenta, qvibus hoc noſtrum jure accenſeri debet, ſcripta eſſe Seculo XII aut XIII: qvæ ætas omnifariæ, qvæ tum floruit, eruditionis parens fuit; illi enim pleræque optimæ, qvæ ſuperſunt hiſtoriæ cultum qvidem, et ſalutem acceptum ferunt *). Qvi illis temporibus vixerunt magna *Islandiæ* lumina, *Arius Thorgilſi* filius, ob variam, qva imbutus erat doctrinam, *multiſcii* cognomine illuſtris; *Brandus Sæmundi*, Epiſcopus *Holenſis; Kolſkeggus ſapiens; Haukus Erlandi; Snorro Sturlonides; Sturla Thordi* filius, et *Styrmer* Sacerdos, in bonarum artium ſtudia animo adeo ferventi ferebantur, tantoque doctrinæ et cognitionis deſiderio ita afficiebantur, ut omnes conatus ad utramque augendam converterint; alios exemplo ſuo ad amorem literarum illexerint et incitaverint, præclarisque ſcriptis res patriæ, ejusque honorem poſteris reliqverint.

His

*) Auctoritate ſua firmat hoc Hiſtoria Islandorum magna, *Sturlunga* vulgo dicta his verbis: „Plurimæ Islandorum hiſtoriæ ante Brandum Sæmundinum (Anno MCCI) fatis functum „conſcriptæ fuerunt; qvæ autem poſtea prodierunt, perpaucæ literis mandatæ ſunt, ante„qvam *Sturla* Poëta *Thordi* filius Islandiæ hiſtoriam confecit, Anno MCCLXXII mortuus."

His insulæ decoribus sera debet ætas, qvod jam norit res a majoribus gestas, et *Origines Islandiæ*, seu eorum facta, qvi Islandiam primi occupaverunt: qvos inter *Egillus* primas obtinet. Hunc suæ stirpis auctorem agnoverunt *Sturla Thordi* filius et *Snorro Sturlonides*, amboi scriptorum medii ævi principes: ab illo *Stirmerus* suum duxit ortum. Veritati igitur perqvam congrua est eorum opinio, qvi unum ex viris nuperrime laudatis præsentis auctorem operis esse credunt. Etenim his viris prisci ævi poëmata et per ora majorum propagatæ relationes, amplam præbuere materiam, animumque addiderunt scribendi historias, qvas bene noverunt populo sciendi perqvam cupido et gratas fore, et summa servatum iri cura, jugique porro lectione ad seros usque nepotes transmittendas. Utcunque hæc se habeant, nec vel ipse *Snorro*, nec *Sturla* indigne tulerit, æqvari sibi *Egilsagæ* auctorem. Tanta etenim huic est, qvanta illis elegantia orationis, verborum facundia et, qvæ delectat, varietas, candore eximio summaque in vocibus proprietate placens, qvibus omnia cum rebus, tum personis accommodata dicuntur.

His in antecessum dictis fontium reddenda venit ratio, qvibus defluat hæc operis editio suam debeat scaturiginem, qvibusque subsidiis usi fuerimus in varietate lectionum colligenda.

Inter Manuscripta, qvæ Academia Havniensis testamento sibi ab Arna Magnæo data suæ inseruit Bibliothecæ, exstant Codices *Egilsagam* continentes in folio qvatuor, No. 128, 132, 145, 146; cæteri in forma, qvam qvartam vocant a Numero 453 ad Numerum 463, qvi Codices hic notati sunt literis alphabeti latini a Lit. A. usque ad S.

Facta

Facta horum codicum diligenti collatione invenimus membranam ineunte ſeculo XIV ſcriptam, forma maxima No. 132 omnibus ornatam eſſe criteriis, qvæ textum præ cæteris abſolutum dare poſſent, et ad qvam opus typis exſcribendum edendumque ſvaderent.

Univerſos vero Codices ad qvinque familias reducere licuit: qva ratione qvosdam vocamus I. *Gvelpherbytanos*, II. *Holanos* alios; alios III. *Jörundinos*; cæteros IV. *Kalfalækenſes*; et denique V. *Mixtos*. *Gvelpherbytanos* appellamus codices duos Chartaceos formæ qvartæ No. 459 et No. 461. Hic in varietate lectionum Lit. D, ille vero Lit. S. notatur. Apographum Lit. D. ſignatum, ad qvod illud No. 459 proxime accedit ex membrana Bibliothecæ *Gvelpherbytanæ* huc translata ſumi curavit beatus ARNAS MAGNÆUS per amanuenſem ſuum *Asgerum Johannis*, cui viro et ſummus erat rei antiqvariæ amor et diligentia ſolers. Ipſe vir beatus judicio, qvo valebat, acerrimo, et eruditione vaſta, curaque ſibi peculiari apographum hoc cum originali contulit, et loca, qvæ mendis laborare videbantur, ubique emendavit. Operam qvam tali lucubrationi impenderit vir experientiſſimus, ejus verba, ſchedula libro præfixa clare docent: "Meum, inqvit hiſtoriæ *Egillianæ* exemplar, cum membrana "*Gvelpherbytana*, qvam accuratiſſime fieri potuit collatum a pag. 62 ad "pag. 197 incluſa utraque, ipſe ego et *Jonas Torfæus* cum exemplari "membraneo invicem conferendo percurrimus, adeo ut unum cum "altero exemplum verbo tenus congrueret; deinde codicis partem a "vitiis forte occurrentibus orthographicis immunem reddidi, ita ut apo- "graphum cum originali qvadam tenus concordet mendis purgatum, in "communem membranarum tenorem peccantibus. Hanc vero exem-

"pli mei partem, qva literaturam, cum emendari membraneo Gvel-
"pherbytano, qvod ipsi est origo, qvam exactissime congruere pro
"certo qvis habeat, nullus non persvadeo. A pag. 197 usque ad pa-
"ginam 452 utraque inclusis, itidemque a pag. 602 ad finem usque
"tanta, qvantam alata concessit opportunitas industria meum cum mem-
"brana apographum verbo ad verbum contuli, correctis ubique ortho-
"graphicis *Asgeiri* mendis, ita ut juxta tenorem membranæ *Gvelpherby-*
"*tanæ*, qvod methodum scribendi accuratam attinet, exemplar factum
"sit, vitio careat. Totum denique opus *Jonæ Torfæi* socia usus ope
"contuli et nævis orthographicis vacare feci. Carmina et loca præ ce-
"teris observatu digna ubivis per integrum occurrentia Codicem, tam
"diligenter composui cum autographo, ut eadem fidem mereri nullus
"dubitaverim." Qvod rationem scripturæ autographo applicatam attinet qvatenus apographum nos censuræ reddidit compotes, non possumus, qvin huic inter optimæ præstantissimæque fidei monumenta medio ævo manu scripta locum assignemus. Ligamina hic qvam sæpissime et continuo veteribus usitata reperiuntur, item puncta, qvæ cum commatibus commutavere recentiores. In terminatione casuum dativi et ablativi literæ *i*, pro qva seqviores ævi scribæ male substituere vocalem *e*; constans et probus usus: pro *ſt* et *ds* more improbo receptum reperitur ubique ꝛ. Accusativi in *n* simplex desinunt. In medio et fine nominum qvam sæpissime *d* more *Anglosaxonum* linea transactum pro *d* adhibetur, cujus in verbis vices litera *t* sustinet. Pro *faudr* semper *fedr* hic positum observamus. Qvæ criteria summam cujus libet manuscripti antiqvitatem sat superque evincunt. Nec præteriit attentionem

nem noſtram ſectiones rerum geſtarum, prout harum poſcit indoles, nullas habere notas vulgo rubras a recentioribus capitulo cuilibet præfigi ſolitas. Igitur qvo majori jure nobis recipiendus eſt codex *Gvelpherbytanus*, habendusque, tali, qvali meretur loco, inter optima antiqvitatis cimelia, eo gravius ferimus freqventes ejus hiatus, qvos tempus edax rerum manuſcripto intulit. Qvomodo tamen hic occurrit a pagina usque 26 ad pag. 56, in editione noſtra vero pag. 19 linea 16 poſt verba *á fund Konúngs*, extenditurque ad pag. 44 lin. 3 ubi excipiunt verba *oc var þar þriár nætur*; alter hiatus incidit pag. 452 noſtræ editionis pag. 536 poſt *greidduz ſkattar verr*, ad pag. 602 *ad öllum frá fér*. In fine etiam codex laudatus mancus eſt pag. 618 poſt verba: *miök ertu ordinn*, cui b. ARNAS MAGNÆUS ſeqventem applicuit obſervationem: "Hic in codice pergameno tantum vacat ſpatium, qvantum "qvinque lineis ſufficeret inſcribendis. Infimi qvatuor verſus, qvoad "oculo obſervare licet, nunqvam ſunt additi, niſi litura arte radendi "accuratiſſima deleta ſit, cum raſuræ nulla exſtent veſtigia. In linea "ſuprema, ſcripturæ proxima verbum occurrit lectoris induſtriam peni"tus fallens. Hinc ſciri neqvit, an linea ad finem prorſus perducta "fuerit, nec ne. Qva ratione Codex ille, qvalis nunc eſt, explicit." Diximus ſupra apographum formæ qvartæ No. 459 Lit. S. notatum: *Gvelpherbytano* eſſe par, cujus hic defectum ſupplevit transſcriptor ex apographis Nris. 453, 456 et 462 notatis, qvorum ſingula cum Codice *Gvelpherbytano* ſat bene conveniunt.

II. *Kalfalækenſes* nobis ſunt formæ maximæ 3 Numeris 132, 145, 146 et qvartæ 455 et 60, literis M. a. L. E. K. C. inſigniti. Inter om-

nes eminet pergamenus, omnium, qvi nobis ad manus ſunt, præſtantiſſimus viſus, ſive elegantiam literarum (qvarum typos tabula ænea prima et ſecunda exhibemus), initium ſeculi XIV redolentium, ſive orthographiam omnibus fere numeris abſolutam, intueamur. Folia continet 38 ſtipata binis ab utroque latere columnis. Eadem huic orthographica methodus, qva ſuperbit Codex *Gvelpherbytanus*, a cujus ordine in eo ſolum diſcrepat noſter, qvod narrationis tela in ſectiones diviſa, hic aucta ſit rubris numero capitum notatis, qvorum vetuſtas, lectoris pluribus in locis penitus eludit oculorum aciem. Hoc codice antiqvitate inſigni et omnibus, qvæ genuinam ſcribendi rationem arguunt, criteriis commendabili, noſtræ textus editio fundamine nititur, ſed ita, ut vicibus haud raro iteratis ſuplementa integrarum vocum, imo periodorum aliunde qværere, et e Codice præſertim *Gvelpherbytano* mutuare noverca nos coëgerit vetuſtas. Codices reliqvi ad hanc familiam pertinentes in folio 146, in qvarto No. 455 et 460, literis C. E. K. et L. notati omnes in charta exarati ſunt currente ſeculo XVII. Chartæ No. 146 et 460 manum *Asgeiri Jonæ* præ ſe ferunt, obſervatis inter ſcribendum qvam accuratiſſime antiqvis orthographiæ legibus. Magna ſane his apographis dos eſt, Carmen ſcilicet, qvo *Egillus* dignis *Arinbiörnum Fiordorum Norvegiæ* Satrapam perſeqvitur laudibus.

Etenim b. *Arnas Magnæus* docet omnia *Egilſagæ* exempla carere hoc carmine, qvod inter naufragia vetuſtæ cujusdam membranæ inventum ſuis per *Asgeirum* factis apographis et ipſe intulit, et id cum *Thormodo Torfæo* communicavit, qveſtus immortalem illum virum ſua *Egilſagæ* exemplaria ſat imprudenter illo interpolaviſſe.

Cæte-

Cæterum ad hanc claſſem Codices chartacei No. 145 et fol. No. 455 formæ qvartæ pertinent. Hic manu *Helgonis Grimi* filii, *Helgafellenſis* olim parochiæ ſacerdotis, ille *Johannis Giſſuri*, *Brinjolfi* Epiſcopi *Skalholtenſis* digniſſimi fratris uterini manibus ſeculo XVII exarati ordine rerum geſtarum ſat bene conſentiunt. Sed Orthographia utrique talis eſt, qvalem ferrea lingvæ Islandicæ ætas manuſcriptis intulit. Præſtat ſane apographum chartaceum No. 460 Lit. C. notatum, opus *Asgeiri Jonæ*. Qvanqvam lacunis id non paucis laboret, haud ſpernendum tamen eſt; etenim *Arnas Magnæus* hiatus aliqvot ſupplevit, textum paſſim ad genuinæ Orthographiæ normam redegit et libri marginibus chronologicas, ubi opus videbatur, obſervationes addidit.

III. *Jörundini* appellantur Codices duo chartacei Nris. 453 et 462, literis vero Alphabeti A. et B. ſignati, ideo qvod illum ab initio ad finem usque, hunc vero exceptis primis octo foliis, decimo qvinto et ultimo totum exaravit *Ketillus Jörundi* vir et doctrina, et codices antiqvos transſcribendi peritia inſignis. Magnus inter Codices hos conſenſus; qva ratione uterque in 65 dividitur capita ſeu ſectiones, inſcriptionum plane neſcias. Dictioni et Orthographiæ *Ketillum* curam impendiſſe, non eſt qvod negemus, at vocalis *i* præpoſita literæ *e* in monoſyllabis *gief*, *hier*, *ſier*, *vier*, *þier*, pro *géf*, *hér*, *ſér*, *vér*, *þér*, *y* pro *i* in fine vocum, *e* loco *i* et *v* vice *u* rationi recte ſcribendi adverſatur. Qvæ vitia viro cæteroqvin accurato, genium ſeculi, qvo floruit, informem et literis iniqvum peperiſſe dixeris. Cæterum Lectorem monitum volumus Codices *Jörundinos*, qvibus cum *Kalfalækenſi* autographo eadem fere eſt dictio, traduces eſſe membranæ, cujus naufragia litera I. notata ſervat No. 162, fol.

IV. *Holanorum* nomine veniunt: Primus membraneus fol. 128 litera M. b. notatus. Poſſedit hunc Codicem *Thorlakus Sculonides* Epiſcopus *Holenſis*, immortale ſeculi et patriæ ſuæ ornamentum, illuſtrisque *Thorlaciæ* gentis auctor; cujus juſſu conflatum fuiſſe illum conjectavit b. *Arnas Magnæus*. Qvidqvid ſit, circa medium ſeculi XVII ſcriptum eſſe et literarum forma et verſa in pejus Orthographia evidenter probant. His licet ita comparatis credibile tamen videtur apographum hoc, ex alio longe antiqviori codice deſumtum eſſe. Enim vero, nec hiſtoriæ contentum ſupra ſcripto innuitur indice, qvod recentioribus raro neglectum fuit, nec deprehenduntur ſectiones aut per numeros diſtinctæ, aut per interſperſas compendioſas ſententias, vulgo rubra, indicari.

Cæteri codices huic ſtirpi adnumerati omnes chartacei Nris. 158 fol. 457, 458 et 463 qvatuor literis N. G. H. I. ſignati, ſunt apographa nova atque mediocria. Res eqvidem geſtæ communi cum aliis ordine hic narrantur; ſed deeſt freqventer dictioni ſuus nitor, atque ſua vocibus proprietas. Codici nihiloſecus No. 463 formæ qvartæ inſignis præ reliqvis eſt valor, utpote qvi *Thormodum Torfæum* et dominum et correctorem habuit. Illius docta manus inſigniora rerum geſtarum momenta ordine annorum fixo margini adſcripſit, et criticis adnotationibus huic noſtræ editioni ad amuſſim inſervientibus autographum auxit.

V. Reliqvi omnes Codices a ſe invicem varii, qvos *Mixtos* vocamus, modo cum hoc, modo cum iſto, eorum qvos ſupra recenſuimus, nec tamen ubique concordant. Cujus indolis ſunt apographa chartacea nova,

nova, nec qvibus multa habeatur fides fol. 163 Qvart. 445, 454 et 460. Codex ſane 454 periodos promit adeo manifeſte interpolatas, ut nemo dubitare poſſit, eum ab autographo aliqvo, impuro atque ſpurio originem duxiſſe. Iſtius auctor, qvisqvis ille fuerit, ſolo fingendi et refingendi pruritu, mutavit qvadrata rotundis, ſuasque nobis venditavit nugas, et ineptias pro veris ubique ſubſtituit. Neqvid nimis hac de re dixiſſe videamur, afferre liceat b. *Arnæ Magnæi* judicium, cujus hæc ſunt verba. "Hocce Egillianæ Hiſtoriæ exemplar originem ducit a Codice "formæ foliariæ Præſidis Toparchici *Olavi Enaridis*. Differt idem a cæ- "teris qvibus libet noviſſime haud dubie compoſitis ab Islandorum qvo- "dam, *Sigurdo* forte *Knorenſi* ipſo libri ſcriptore. Memini me alicunde "auditu percepiſſe *Sigurdum* hunc *Knorenſem* retuliſſe, a ſe exaratam eſſe "Egillianam hanc hiſtoriam juxta codicem, cui auctor fuerat *Gislo* qvi- "dam cognomine doctus. Qvæ res, ſi, ut refertur, ita ſe habeat, "idem homo libri habetur auctor, qvi impoſturæ et mendacii crimine "convictus innotuit. *Sigurdum* integritatis commendavit nota."

Porro ad hanc claſſem referri poſſunt fragmenta octo membranarum, qvæ omnia formæ qvartæ literis a C. ad K. notata complectitur Faſciculus No. 162 in folio. Specimina ſcripturæ his fragmentis propriæ æri inciſa Tabul. III. damus.

Fragmentum primum Lit. C. diſtinctum foliis qvinque conſtat magnam partem vetuſtate ita detritis, ut qvæ contineant, oculum ſæpe fugiat. Eorum vero qvæ ſuperſunt, indoles ſvadet, codicem fuiſſe optimæ

timæ frugis. Scriptura ſat elegans literis latinis Angloſaxonum more ductis, Gothicisque mixta, ſeculum XIII, qvo exaratum fuerit, indicare videtur: nec repugnat orthographia purior. Hæc *e* pro *æ*, *o* pro *u*, *i* pro *e* finalibus; *n* pro *nn*, þ pro *d* in medio vocum, et *t* pro *d* in earundem fine, recte exprimit.

Fragmentum octavum Lit. K. ſignatum foliis arctatur qvatuor oblongis. Aurea Islandicæ lingvæ ætate nitidiſſima illa pinxit manus Tab. I. ad amuſſim oculis ſubjecta; et ſcripturæ ratio eſt talis, qvalem ab Angloſaxonibus mutuavere, qvi literas Islandos primi docuerunt.

Scriba et artis literas eleganter formandi peritiſſimus et orthographiæ legibus apprime adſvetus id peculiare habet, qvod conſtanter utatur

au pro *ö*, in *miauc* pro *miöc*, *ſauc* pro *ſöc*, etc.

c pro *g* et *k*, in *calla* pro *kalla*, *cona* pro *kona*, *coma* pro *koma*, *flocc* pro *flokk*, *lauc* pro *lauk*, *mic* pro *mig*, *micla* pro *mikla*, *occra* pro *okkra*, *ſcapnadr* pro *ſkapnadr*, *ſcorat* pro *ſkorat*, þic et *ſic* pro þig et *ſig*, etc.

c pro *t*, in *gefsc* pro *gefst*.

d linea transfixum pro *t* in fine, in *lycd* pro *lykt*, *vid* pro *vit*, etc.

e pro *a* et *æ*, in *vendreda* pro *vandræda*, *neſt* pro *næſt*.

é pro *i*, in *gerda* pro *girda*, etc.

G pro *gg*, in *leGia* pro *leggia* ponere, etc.

i pro *e* in terminatione et fine vocum, *bádir* pro *báder*, *huerir* pro *huerer*, *látir* pro *láter*, *liki* pro *like*, *módir* pro *moder*, *oddi* pro *odde*, *dómi* pro *dóme*, etc.

i pro

i pro *u*, in *licim*, *ſemim*.

o pro *u*, in *orſcordi* pro *úrſkurdi*, *ſcutor*, *ferior*, *gezlor*, *þeſſom*, *bonom*, *vorom*, *orom*, etc.

N pro *nn*, in *baNadi*, *baN*, *maNa*, *ſaNa*, *þeNa*, *vitnisburdiN*, etc.

n ante *s* eliditur in *vats* pro *vatns*, etc.

R pro *rr* in medio vocum.

ſ pro *s* in fine vocum, *Eirikſ*, *Conongſ*, *arfſ*, *málſ*.

S pro *ss* in medio et fine vocum, *þeS* pro *þess*, etc.

y poſt *e* adhibet in *geyra* pro *gera* facere.

y pro *u*, in *mynda*, *myndi*, *myndom*.

z pro *ds*, in *gezla*, *grezla*.

z pro *ſt* in fine vocum, *reynaz*, *ſókiaz*.

Duales et plurales verborum in *im* et *imc* deſinunt *tacim*, *ſemim*, *berimc*, *idrimc*.

þ et *d* linea transfixum, in medio vocum, pro *d*, in *lagþi*, *bugþa*, *haſþi*, *nedan*, *virding*.

Reliqva fragmenta nullius fere ſunt momenti; nec res publica literaria cenſenda eſt cepiſſe damnum interitu codicis, Lit. I. cujus laciniæ *Jórundinos* ſeu traduces, ſuum debere ortum innuunt.

Præter dicta Manuſcripta poëmatibus in *Egilſaga* obviis ex Codice qvodam *Svecico* deſumtis, et autographa *Biornonus de Skardsá* paraphraſe, et notis in carmen *Egilli*, *Redemptio Capitis* dictum, uſi ſumus. Et ne noſtro deeſſe officio qvodam modo videremur, *Olai Wormii* lucu-

lucubrationes adire non piguit. Vir ille immortalis et de literatura orbis borealis optime meritus, ſuæ dictum carmen diſſertationi de priſca Danorum poëſi inſeruit; verum iſtud opus ita conſtitutum eſt, ut lux magna obſcuris inde ſperari vix poſſit.

De valore horum Codicum, et qvid ſinguli ad textum critice parandum conduxerint, non eſt qvod facile explicemus. Singuli ſuos patiuntur nævos, at habent tamen aliqvid, qvo alter ab altero lucem foeneretur. Ideo factum eſt, ut ſi qvæ, ſive ſententiæ, ſive voces in uno aliqvo invenirentur, qvæ a reliqvis abeſſent, illas in textum conjecerimus, facta mentione, cui debeantur. Qvod ſi diverſi codices rem eandem diverſo modo exprimant, qvæ lectio viſa eſt præſtantior in textum aſſumta eſt, cæteris inter variantes in imam paginam conjectis. Nullam enim earum ſpernendam eſſe arbitrati ſumus. Qvæ, etiam, ſi mendoſæ ſint ad eliciendam dubiis, et vero rerum ſenſui vetuſtatis caligine obfuſcato lucem haud raro adferunt. Etenim perſpicuum eſt omnes excepto No. 454 qvem male ſanis interpolationibus ſcatere monuimus, eundem ſervaſſe narrationis ordinem, mutatis ſolum vocibus, modis, temporibus aut caſibus: qvæ cauſas agnoſcunt librariorum inſcitiam, longa temporum intervalla, qvibus Codices transſcripti ſunt, et ſucceſſivam ſermonis mutationem, omnibus communem lingvis.

Textus hac ratione diſpoſitus verſionem latinam et his applicatas criticas obſervationes poſcebat. Debetur id omne labori et curæ *Gudmundi Magnæi*, hujus legati olim Stipendiarii, qvem *Eddæ Sæmundianæ* editio

editio vaſta lingvarum ſeptentrionalium notitia reddidit ſat commendabilem. Fuere, qvi in ſermonem latialem alias traducentes lingvas, id ſibi cordi eſſe voluerunt, ut Romanæ locutionis ſolum ſtudioſi, elegantiæ qvam materiæ ante oculos poſitæ majorem longe rationem haberent. Illi, ut ut de lingva latina ſeſe bene meritos fecerint, ſuo certe officio defuiſſe videntur. Noſter contra nihil æque ad rem ſuam et lectorem pertinere exiſtimavit, ac iſtum, qvem rei publicæ literariæ offerimus, auctorem vivis coloribus depingeret. Ille eqvidem ita ſecum conſtituit, nihil prius ſibi eſſe ducendum, qvam ut *Egilſagæ* mentem et ſenſum, qvin et ipſum lingvæ *Islandicæ* genium, qvantum indulgere voluit ſermonis Romani purioris indoles, exprimeret. Nec ſilentio nobis prætereundus eſt *Gunnarus Pauli*, ſacerdos olim *Hiardarholtenſis* et præpoſitus Toparchiæ *Dalenſis*, cujus mors rei literariæ ingentem impoſuit et irreparabilem plagam, eruditis diutiſſime lugendam. Vir ille antiqvitatum ſtudio et eruditione clarus, in carminibus hic paſſim obviis latine verſis et feliciter illuſtratis ita verſatus eſt, ut radiantis ingenii acumine *Magnæo* facem vel prætulerit, vel ſubdiderit ad novarum idearum enucleationem, qvæ, diſpulſa poëmatibus Egillianis incubante nocte, phraſibus obſcuris lucem inferret, juſtum olim ſenſum parituram.

Chronologia margini appoſita ea ipſa eſt, qvam immortales viri *Thormodus Torfæus* et *Arnas Magnæus* in Codicibus 460 et 463 notavere. Qvomodo a ſe invicem, et ab auctore noſtro differant, et qvid ea

de

de re ſtatuerit *Finnus Johannæus*, Epiſcopus *Skalholtenſis* doctiſſimus, videre licet paginis, 241, 263, 299, 335, 402, 513.

Colophonem operi imponent Index rei antiqvariæ et Gloſſarium, qvo coſulere veteris poëſeos et archæologiæ Borealis ſtudioſis inſtituti noſtri tulit ratio. At et moles ſat magna, in qvam opus ſub prælo crevit, et dura in ſuppelectile libraria, præſertim papiro egeſtas nos inopes urget hos indices differre in tempus venturum litteris et generi humano benignius.

Hæc erant, qvæ peritos harum rerum æſtimatores et arbitros monere neceſſum duximus de editione, qvam ante plurimos annos ſuſcepimus; ſed qvam caſus varii, præcipue tamen hæc, qvæ intervenit, temporum atrocitas, diu retardavit.

Scripſimus Havniæ Kalendis Julii Anno MDCCCIX.

Gotð. Schlegel. Thorlacius. Kall. Olavſen.

Thorkelin.

HER HEFR EGILS SÖGU.

INCIPIT VITA EGILLI.

I. CAP.

AF KVELLDÚLFI BÚANDA.

Ulfr het madr *a*) ſon *b*) Biálfa. ok Hallberu dottur Ulfs hins óarga. hon var ſyſtir Hallbiarnar hálftrollz *c*) í Rafniſtu fodur Ketils Hængs. Ulfr var madr ſva mikill ok ſterkr. at eigi vōro hans iafningiar. *d*) en er hann var á únga alldri. lá hann í víkingu. ok *e*) hernadi. med honum var í *) felagſkap ſá madr. er kalladr var *f*) Berdlu Kári. *g*) göfugr madr. ok hinn meſti afreksmadr at afli ok árædi. *h*) hann var berſerkr. Þeir

CAP. I.

DE KVELLDULFO COLONO.

Fuit vir nomine Ulfus, filius Biálfii & Hallberae filiae Ulfi animoſi, *ſororis vero Hallbiorni* ſemigigantis *in Rafniſla, qui pater erat Ketilli Hængi* (ſalmonis). *Ulfus tantus vir erat ſtatura & viribus, ut nemo ei aequalis exiſteret: hic inde ab adoleſcentia piraticae & armis operam dedit; uſus ſocio Kario Berdlenſi, viro nobili, & corporis robore animique fiducia inſigni; praeterea ví berſerkicá*

---

a) Hrſer add. A. B. i. e. *Jörundini.* || kyniſtór F. *ſatrapa. nobilis.*

b) ok var Biálfa ſon M. b G. H. J. N. i. e. *Holani* (D. S. i. e. *Guelpherbytani*).

c) or Hrafniſto. Iidem & Jörund. *de Hrafniſta.*

d) í þann tíma í landínu, *eo tempore in regione* (illa). add. Hol. Guelph.

e) heriadi (ví. a), *arma* (late) *circumtulit.* M. a. C. E. K. L. M. i. e. *Kálfalækenſes.* item A. B. F.

*) víkingu ok || hernadi ok. add. Guelph. Hol.

f) Berzlu Kári. Iidem.

g) hon v r göfugmenni. Iidem.

h) omitt. Iidem & Jörundini.

Þeir Ulfr áttu *) einn fiód bádir. ok var med þeim hin kærſta vinátta. En er þeir reduz or *i*) hernadi. fór Kári til búſs ſíns í Berdlu. hann var madr ſtóraudigr. Kári átti þriú börn. het ſon hans Eyvindr Lambi. annarr Aulver *k*) Hnúfa. dottir hans het *l*) Salbiörg. hon var *m*) kvenna vænſt. ok ſkörúngr mikill. hennar fekk Ulfr. *n*) fór hann þá ok til búa ſinna. Ulfr var madr audigr bedi at löndum ok *o*) lauſum aurum. hann tók *p*) lendzmanns rett. ſva ſem haft höfdu lángfedgar hans. ok gerdiz *q*) madr ríkr. Sva er ſagt at Ulfr var **) búſýſlumadr mikill. var þat ſidr hans at ríſa upp árdegiſs. ok gánga þá um ſýſlur *r*) manna. edr þar er *s*) ſmidir voro. ok ſiá yfir fenat ſinn ok akra. en ſtundum var hann á tali vid *t*) menn. þá er ráda hans þurftu. kunni hann til allz gód rád at leggia. Því at hann

kicá pollenti. Iidem ut intimi erant amici, ita ex aequo manubias participabant. Ubi autem piraticae renunciárunt, Karius ad praedium ſuum Berdlam conceſſit, divitiis affluens; is tres progenuit liberos: Eyvindum cognomento Lambium, Olverem Hnufam, & Salbiorgam, virginum formoſiſſimam, & viraginem inſignem; hanc in matrimonium nactus Ulfus, ad exemplum ſoceri, in praediis ſuis conſedit, (habitationem inſtituit): erat vero vir dives, cum agris, tum rebus mobilibus; ſuſcepit Satrapae dignitatem, quam geſſerant per longam retro ſeriem majores ſui; virque potens extitit: rei familiaris ſanequam diligens fuiſſe fertur; ſvetus cum primo mane ſurgere, operas villaticas ac fabricas circumire, pecora agrosque inſpicere, interdum ſermones, cum his, qui conſiliis ejus opus haberent, conferre, ſciens in omnem rem ſana dare conſilia, ut qui

*) eitt. M. b.

i) hættu, *deſtiterunt a piratica.* A. B. F.

k) Húfa. H.

l) Sábiörg. Guelph. Hol. praeter H.

m) fríd, *mulierem formoſam.* Iidem.

n) ok fór med hana heim til bús ſíns, *domum duxit.* Iidem.

o) lauſafe. Iidem.

p) liens, *corrupte.* L.

q) han ríkr madr. ok búſyſlum. &c. Hol.

**) búríſnumadr, *colonus magnificus* (liberalis). Guelph.

r) at ſiá verkmenn, *ad obſervandum operarios.* Gu. Hol.

s) ſaudir voro, *oves erant; ovilia nempe* v. *ovium paſcua* K. L. M. ſed extrita vox in M. s. Auſgeir tamen SMIDIR legit. || ſmídar N. G. H. *opificia* v. *opera fabrilia.*

t) vitra menn, *hominibus cordatis.* Hol. Guelph. *mox* Þyrftu. Guelph.

hann var *u*) forvitri. En dag hvern er at kvelldi kom. Þá gerdiz hann *x*) ſtyggr. ſva at fáir menn máttu ordum vid hann *y*) koma. var hann *z*) kvelldſvæfr. Þat var mál manna. at hann Þ) veri miök hamrammr. hann var kalladr Kvelldúlfr. Þau Kvelldúlfr áttu ij ſonu. het hinn ellri Þórólfr. en hinn yngri Grímr. En er Þeir *æ*) voxu upp. Þá voro Þeir bádir menn miklir ok ſterkir. ſva ſem fadir Þeirra var. var Þórólfr manna venſtr ok gerviligaſtr. hann var líkr módur frændum ſínum. gledimadr mikill. *a*) aurr. ákafamadr mikill í öllu. ok hinn meſti *b*) kaupmadr. var hann vinſæll af öllum mönnum. Grímr var ſvartr *c*) madr ok liótr. líkr fedr ſínum. bædi yfirlitz ok at ſkap-

qui ſingulari eſſet ſapientiâ. At quotidie, cum adveſperaſceret, eam contrahere auſteritatem, uti paucorum eſſet illum compellare: pronus nimirum erat in ſomnum veſpertinum: vulgo habebatur pro verſipelli †): hinc venit ei cognomen, Kvelldulfus (lupus veſpertinus). Duos ex uxore ſuſtulit filios, majorem natu Thorolfum, minorem Grimum: hi cum adoleſcerent, magnitudine uterque & robore corporis, patrem referebant. Ceterâ Thorolfus erat hominum formoſiſſimus, naturaeque bonis (dotibus) inſtructiſſimus; cognatis maternis ſimilis, hilaritati admodum deditus, promtus animi & acer in rebus gerendis; mercaturae ſcientiſſimus; omnibus denique gratioſus. Grimus niger erat capillis, deformis, facie & in-

u) forvitr Jör. ſed hoc omittunt Guelph. & Hol.

x) *Alii* ſva ſtyggr at.

y) ſkipta, *verba cum illo commutare.* Iidem. NB. huc & quidem recte cognomen ejus referunt Jörundini: Því var hann kalladr Kv. U.

z) ákafliga, *vehementer.* Guelph. Hol. qui & mox addunt: ok myrginvakr (morgunvakr), *matutino tempore vigilans.*

Þ) var. Holani.

æ) oxu Guelph. uxu Jörund. Hol. M.

a) ok ör af fie, *opum largus.* Jör.

b) kapsmadr. ſed ákafamadr omitt. Gu. Hol. Jörund. utrumque habet.

c) á hár add. & mox födrfrænduin, *agnatis.* Guelph. Hol.

†) *Ad verbum; per mutatum (adſcititium) corpus robuſto: hoc eſt, tali, qui vi magica, proprium corpus abjicere & aliud induere poſſet, portentoſi roboris; ita credidit antiquitas de iis, qui vel per imbecillitatem naturae, vel per immoderatos affectus ad furorem erant proni, cum hi majori cum contentione & effectu, quam alii, viribus ſuis uterentur. Ceterum haec materia egregie tractata eſt in commentario ad Chriſtniſagam, de Berſerkis.*

ſkaplyndi. *d*) giördiz hann umſýſlumadr mikill. hann var hagr madr *e*) á tre ok iárn. ok giördiz hinn meſti *f*) ſmidr *g*). hann *h*) fór ok opt um vetrum í ſíldfiſki med lagnarſkútu. ok med honum húskarlar margir. En er Þórólfr var á *i*) tvítugs alldri. Þá bióz hann í hernat. feck Kvelldúlfr honum lángſkip. til Þeirrar ferdar reduz ſynir Berdlu Kára. Eyvindr ok Aulvir. Þeir höfdu lid mikit. ok annat lángſkip. ok fóro um ſumarit í víking. ok öfludu ſer fiár. ok höfdu hlutſkipti mikit. Þat var nockur ſumur. er Þeir lágu í víking. en voro heima um vetrum med fedrum ſínum. hafdi Þórólfr heim marga dýrgripi. ok færdi födur ſínum *k*) ok módur. var Þá bedi gott til fiár ok mannvirdíngar. Kvelldúlfr var Þá miög á efra alldri. *l*) en ſynir hans voro *m*) roſknir.

dole patri ſimilis: is in re familiari adminiſtranda gnavus exſtitit, in fabrili opere lignario ferrarioque mature dexter, & in proceſſu temporis artifex: hibernis ſaepe menſibus in halecum piſcaturam levi navigiolo (Lenunculo) exiit, multis cum ſervis domeſticis. Thorolfus vigeſimo aetatis anno orſus eſt piraticam, nactus a patre triremem; addiderunt ſe ſocios Eyvindus & Aulver Berdlukauridae, quibus multa erat manus, & altera quoque triremis: eâ aeſtate ingreſſi piraticam, opes bene luculentas ex praeda ſortiti ſunt. Pluſculas dein aeſtates in piratica excubabant, hyemes vero ad lares paternos conſumebant. Thorolfus multas res pretioſas parentibus rettulit: tum bona erat copia rei gloriaeque parandae. Kvelldulfus jam magno erat natu: ſed filii ad virilem pervenerant aetatem.

2. CAP.

d) han var, *erat*. Iidem. qui mox omittunt mikill.

e) vit. Iidem

f) ſtórſmidr. Iid. & Jörund.

g) hanc periodum omittunt Guelph. Hol.

h) var á vetr í ſíldveri, *excubabat in ſtatione halecum capiundorum*. Jörund. qui omittunt LAGNARSKÚTU; per quam vocem, vir doctiſſimus, Dominus Joh. Finnæus, ſuper ea á me conſultus, *navigium glaciale* (Iisbaad) intelligi exiſtimat; ego putabam Lagnar, quaſi Lagnadar dici: *quod quovis facile verti & applicari poſſet*. (vel poſſet derivari a verbo AT LIGGIA, navigium in quo excubari poſſet, & tolerari ſi ita res ferret, per aliquod tempus, maris injuria).

i) tvítaugs. A.

k) omitt. Guelph. Hol. qui mox habent: honum vard — virdingar, *facile illi res & laus acceſſit*.

l) er, Alii Cod. *cum*.

m) á legg komnir, *adulti eſſent*. Iidem.

2. CAP.

AF AULVI HNÚFU.

Audbiörn het þá konúngr yfir Firdafylki. Hróalldr het iarl hans. en Þórer ſon iarlſins. Þá var *n*) Atli hinn miófi iarl. hann bió á Gaulum. hans börn voro þau *o*) Hallſteinn. Hólmſteinn. Herſteinn. ok Sólveig hin fagra. Þat var á einu hauſti. at fiölment var á Gaulum at *) hauſtblóti. Þá ſá Aulver Hnúfa Sólveigu. ok giördi ſer *p*) um tídt. ſidan bad hann hennar. en iarlinum þótti manna munr. ok villdi eigi gipta hana. Sídan orti Aulver *q*) mörg manſaungs *r*) kvædi. Sva mikit giördi Aulver ſer *s*) um Sólveigu. at hann *t*) let af herförum. *u*) ok voro þá í herförum Þórólfr ok Eyvindr Lambi *x*).

CAP. II.

DE AULVERE HNUFA.

Ea tempeſtate Audbiörnus erat regulus in tractu Firdafylki; ejus Comes Hroalldus, filium habebat Thorerem: tunc Atlius gracilis *Comes florebat, Gaulis ſedem tenens; ejus liberi erant Hallſteinn, Holmſteinn, Herſteinn, & Solveiga* nitida. *Autumno quodam frequens pollutum autumnale habitum eſt Gaulis. Tunc Aulver Hnufa Solveigam aſpexit, & amore captus, in uxorem ambiit: abnuit Comes, conditionis inaequalitatem intuens, (aeſtimans). Multas poſt eam repulſam elegias cecinit Aulver, & Solveigam usque adeo deperiit, ut militiae nuncium remitteret. Thorolfus vero & Eyvindus Lambius in ea perſeverarunt.*

n) annar (ok) iarl Atli hinn miöui (miófvi) han redi fyrir á &c., *alius item erat Comes — qui praeerat Gaulis* Hol. Guelph.

o) Haffteinn ok Hálmſteinn (Hálmſteinn, Holfſteinn) Herſteine omiſſo. Hol. Gu. || Jör. quoque Haffteinn, ſed in numero cum textu conveniunt. || Þorſteinn J.

*) hauſtbodi. Alii. *convivium autumnale.*

p) dátt vid hana, *in familiaritatem ejus ſe inſinuavit.* Guelph. Hol. || títt um þad. ok, *nihilque de ea re cunctatus.* Jörund.

q) manſaung um hana, *de illa.* Gu. Hol.

r) crendi, *verſus amatorios.* B. F.

s) ad. addunt Jörund.

t) letti (af), *deſiſteret.* Jörund. Guelph. Hol.

u) en þ ir voro ſaunt, *ſed nihilominus.* J.

x) ok vard þeim gott til fiár, *& facili quaeſtu uſi ſunt.* add. Jörund.

3. CAP.

UPPHAF RÍKIS HARALLDZ HÁRFAGRA.

Haralldr ſon Halfdánar ſvarta hafdi tekit arf eptir födur ſinn *y*). hann hafdi
A.C. 866. þeſs heit ſtreingt. at láta eigi ſkera hár ſitt *z*) ne kemba. fyrr enn hann veri einvalldz konúngr yfir Noregi. hann var kalladr Haralldr *) Lúfa. Sídan bardiz hann vit þá konúnga er næſtir voro. ok ſigradi þá. ok eru þar lángar þ) fráſagnir. Sídan eignadiz hann Upplönd. Þadan fór hann nordr í Þrándheim. ok átti þar margar orroſtur ádr hann yrdi einvalldi yfir öllum Þrændalögum. Sídan ætladi hann at fara nordr
í *æ*) Naumudal. á hendur þeim brædrum
A.C. 868. Herlaugi ok Hrollaugi. er þá voro konúngar yfir Naumudal. En er þeir brædr ſpurdu til ferdar hans. þá geck Herlaugr í haug þann

CAP. III.

AUSPICIA DOMINATIONIS HARALLDI PULCRICOMI.

Inter hæc Haralldus Hälfdani nigri *filius ſucceſſerat patri; is* †) *voto ſe obſtrinxerat, intonſum impexumque fore, donec ſolus Norvegiae imperitaret; hinc Lufae ſortitus eſt cognomen. Vicinos primum regulos bello invaſit vicitque; quod fuſius narrant hiſtoriae; ita potitus Uplandis, boream verſus in Thrandheimum movit: hic multa geſſit praelia, donec univerſos Thrandorum fines in ſuam ſolius poteſtatem redegiſſet. Inde in Naumudaliam, boream verſus, iter affectabat; Herlaugum Hrollaugumque fratres qui tum regnabant ibi,* ††) *aggreſſurus. Sed adventu ejus audito, Herlaugus cum viris*

y) í vík auſtr, *in Vicba orientem verſus.* add. Hol. Guelph. Jörund.

z) ok ecki kemba ſer Jör. fyrr in Guelph. Hol. poſt ſitt non ineleganter collocatur.

*) Liúfa L.

þ) frálögur. Iidem & Jör.

æ) Naumudali, *Naumudalos* Jör. Hol. Guelph. & horum alter ante, ætladiz.

†) *Celeberr. Schiönning* (*Norſk.*) *Hiſt. Tom. 2. p. 63.) hoc votum Anno 880 factum aſſerit.*

††) *Haec ad annum ſequentem refert Celeberr. Schiönning* (*Norſk. Hiſt. T. 2. p. 34.*) *ita ut ea quae referentur Cap 4. ad annum 870, & legatio Ölveris ad Kuelldulfum, ut & Thorolfi in ſatellitium Haralldi receptio ad annum 871 pertineant, quod cum noſtri relatione aptius congruit.*

Þann *a*) med xij mann. er ádr *) hofdu Þeir gera látid. *b*) ok voro at Þriá vetr. var sídan haugrinn aptr lokinn. En Hrollaugr konúngr velltiz or konúngdómi. ok tók upp iarls rett. ok fór sídan á valld Haralldz konúngs. ok gaf *c*) upp ríki sitt. Sva eignadiz Haralldur konúngr Naumdæla Fylki. ok Hálugaland. Setti hann Þar menn *d*) yfir ríki sitt. Sídan bióz Haralldr konúngr *e*) or Þrándheimi med skipalidi. ok fór sudr á Mæri. átti Þar *f*) orrostu vit *g*) HúnÞiófr konung. ok hafdi sigr. fell Þar HúnÞiófr. Þá eignadiz Haralldr konúngr Nordmæri ok *h*) Raumsdal. en Sölvi Klofi son HúnÞiófs hafdi undan komiz. ok fór hann á Sunnmæri til *i*) Arnvidar konúngs. ok bad hann ser *k*) fulltíngs. ok sagdi sva. Þótt Þetta *l*) vandrædi hafi nú borit oss at hendi. Þá mun eigi lángt til at *m*) sama vandrædi mun til *n*) ydvar koma. Því at

viris duodecim intravit tumulum, quem fra- A.C. *tres per triennium extrui fecerant; hic ubi* 863. *se vivum sepeliverat, alter frater Hrollaugus, solio devolutus, Comitis titulo susceptо, se & regnum suum in Haralldi potestatem dedit. Ita Naumdalia & Halogia in Haraldi ditionem venere; quibus praefectos imposuit. Secundum haec Thrandheimo copiis navalibus movens, australum versus in Maehriam tendit, ejusque dynasta Hunthiofo victrici acie caeso, Maehriam borealem & Raumdaliam suae ditioni adjecit; elapsus vero fuga Sölvius* varus *filius Hunthiofi, ad Arnvidum Austro-Maehriae regulum, his eum verbis ad opem sibi ferendum sollicitavit. Non erit diu donec eadem tibi calamitas superveniet, quae nuperrime nobis accidit, subjectis nimirum, & ad animi sui lubidinem in*

a) vid (hinn). Guelph. Jör. Hol.
*) hafdi han, *ipse extr. fecerat.* J.
b) ok voro at. male omitt. Kalf. Jör. || Þrir vetr voro sídan at haugrinn var aptr látinn, *jam tres erant hyemes ex quo clausus erat tumulus.* male K. L. M. || vj vetr. J.
c) honum. add. Guelph. Hol.
d) fyri riki Þat. Jör.
e) yfir Þrándheim. male Guelph. Hol.
f) orostor, *victribus praeliis.* K. J. L. M.
g) HundÞióf. Guelph. Hol.
h) Raumsdali. Guelph. || Naums- Naumudali. Hol. male.
i) Arnfidar. Guelph. Hol.
k) fulltúngis. Jör.
l) vandqvædi. Jör.
m) hinn sami hlutur. Iidem.
n) idar. Jör. || at ydr. Guelph. Hol.

A.C. 868. at *o*) Haralldr ætla ek at ſkiótt man her koma. Þá er hann hefir *p*) alla menn þrælkat ok áþiád ſem hann vill á Nordmæri. ok í Raumsdal. Munu þer hinn ſama koſt fyrir höndum eiga. ſem vær áttum. at veria fe ydvart ok frelſi. ok koſta þar til allra þeirra manna er ydr *q*) er lids at van. ok vil ek biódaz til med mínu lidi. *r*) móti þeſsum offa ok *) ú-jafnadi. En at ödrum koſti. munu þer *s*) vilia taka upp þat rád ſem *t*) Naumdælar gerdu. at gánga med *u*) ſiálfvilia í ánaud. ok geraz þrælar Haralldz. Þat þótti födur mínum *x*) ſigr. at deyia í konúngdómi med ſæmd. helldr en geraz *y*) undirmadr annars konúngs á gamals alldri. hygg ek at þer muni ok ſva þikia. ok ödrum þeim er nockurir *z*) ero bordi. ok

in ſervitutem redactis, cunctis Maehriae ſeptentrionalis Raumsdaliaeque incolis, huc mature venturum puto Haralldum; tunc eadem vobis conditio, ac nobis amplectenda erit, ut fortunas libertatemque veſtram defendatis; omnibus in id hominibus, unde vobis aliqua ſpes eſt auxilii, adhibitis: & ego quidem cum meorum reliquis, exhibeo me ad occurrendum ferociae huic & tyrannidi. Niſi alteram mavelis conditionem; ad exemplum ſcilicet Naumdalenſium ultro jugum ſervitii ſubire. In victoriae loco poſuit pater meus, inter regnandum glorioſe mori, potius qvam in ſenectute alterius regis ſubditum fieri: ſic te quoque exiſtimaturum credo, ut & alios qui aliquid valent, & generoſae pertinaciae ſtudent (& conſiantiae ſtudio ducuntur).

---

o) ek get Haralld ſkićtt munu &c. Guelph.

p) ádr undir ſik brotid ok þrælkat Guelph. Hol. || þrekad ok áþiad, *vexatis* &c. Jörund.

q) vilia lid veita, *qui vobis opitulari velint.* Guelph. Hol.

s) at mæta med ydr, *tecum* L. veita ydr uppreiſt G. Guelph. uppreiſtu N. *ad fulciendum te meo ſubſidio* (*adjutorem tibi*) *contra hanc* &c. quod vero neſcio num recte dicatur. || veita uppreiſt, *ad inſurgendum contra* &c. vel *bellum molendum.* M. b. conſentit Jör. hefia uppreiſt. || veita ydr. H. *ad opem tibi ferendum, contra* &c.

*) ofmetnadi, *inſolentiam.* Guelph. Hol.

s) vilia. male omitt. Iidem.

t) Naumdalir. Iidem. L. M.

u) ſiálfrædi Iidem. ſiálfviliandi Jör.

x) ſæmd Gu. Hol. vegr Jör. *honoris.* || priores, med ſæmd, recte excludunt.

y) undirkóngi, *regulum tributarium.* Jör.

z) (menn) ero í ſkapi, *aliquid* (*virilis*) *animi habent* Jör. Guelph. Hol. primi vero quod ſequitur omittunt.

ok kappsmenn vilia vera. Af ſlíkum fortölum var konúngrinn faſtrádinn til þeſs. at ſamna lidi ok veria land ſitt. bundu þeir Sölvi þá þ) ſamlag ſitt. ok ſendu æ) ord Audbirni konúngi er red fyri Firdafylki. at hann ſkylldi a) koma til lids b) vid þá. En er ſendimenn komo til Audbiarnar konúngs. ok báru hönum þeſſa ordſendíng. þá rez hann um vid vini ſína. ok redu honum þat allir at ſamna lidi. ok fara til mótz vid Mæri ſem honum voro ord ſend til. Audbiörn konúngr let ſkera upp herör. ok c) fara herbod um allt ſitt ríki. hann ſendi d) menn til ríkismanna at boda *) þeim til ſín. En er ſendimenn konúngs komu til Kvelldúlfs. ok ſögdu honum e) ſín erendi. ok þat

tur). *His adhortationibes excitatus rex,* A.C. 868. *coactâ manu terram ſuam propugnare, firmiter decrevit: foedereque, cum Sölvio, contracto, legatos ad Audbiornum Fiördorum regulum amandavit, qui flagitarent ut auxilio iis veniret. Venientes ad Audbiornum exponunt mandata ſua. Audbiornus cum amicis conſultat quid factu opus ſit: uno ſvadent ore, copias, ad poſtulatum legatorum conſcribat, & Maehrenſibus ſe conjungat. Nec mora,* †) Sagittam militarem incidi *curat regulus, imperatumque arma capiendi totam ſuam ditionem pervolare; mittit (ſigillatim) qui proceres univerſos ſibi arceſſant. Hi ad Kvelldulfum vecti, negotia ſua, mandatumque reguli,* - *ex-*

þ) ſaman lag. Guelph. Hol.

æ) menn ok ord. Iidem.

a) ſafna lidi. ok fara (í) til mótz vid Mæra konúng. ſem honum væri ord ſend, *ut contraheret copias, & pro legationis poſtulatis, regi Mærenſi jungeretur.* Hol.

b) med þeim. Jör.

c) ſendi um ſitt ríki, *eam per regnum ſuum circumiſit.* Guelph. Hol.

d) ok ord ríkismönnum. ok bad þá koma á ſinn fund, *mandata dedit ad proceres, & eos ad ſe arceſſivit.* Iidem.

*) þá. L. M.

e) konúngs vilia. at han kæmi med alla ſína menn vopnfæra á konúngs fund, *voluntatem regis, uti Kvelldulfus cum omnibus ſuis qui armis eſſent idonei* &c. Guelph. Hol.

†) *Ita ad verbum has voces reddidi, quod credo, tale* ſignum evocationis in militiam, *in modum ſagittae fuiſſe formatum; uti monerentur incolae celeriter ad arma eſſe coeundum. Non tamen me fugit quod verbum* AT SKERA UPP, edere, promulgare *ſignificet, unde* UPPSKÁTT, apertum, publicatum; *poſſis itaque per me vertere:* edictum evocationis in militiam promulgavit.

A.C. 868. Þat at konúngr vill at Kvelldúlfr komi til hans med alla húskarla ſína. *f*) Kvelldúlfr ſvarar ſva. Þat mun konúngi ſkyllt þíkia *g*) at ek fara med honum. ef hann ſkal veria land ſitt. ok ſe heriat *h*) í Firdafylki. en hitt ætla ek mer *i*) allóſkyllt at fara nordr á Mæri. ok beriaz þar. ok veria land þeirra. er ydr þat *k*) ſkiótaz at ſegia. þá er þer hittid konúng ydvarn. at Kvelldúlfr mun heima ſitia um *l*) þetta herhlaup. ok *m*) hann mun eigi herlidi ſamna. ok eigi gera ſína þá heimanferd. at beriaz móti Haralldi Lúfu. því at ek hygg. at hann hafi *o*) þar byrdi *p*) gnóga hamingiu. er konúngr varr hafi eigi *q*) krepping fullan. Fóro ſendimenn heim til konúngs. ok ſögdu honum erendis lok ſín.

expediebant, uti cum univerſa domeſticorum caterva ad eum ſe ſiſteret Kvelldulfus; is hunc in modum reſpondit: jure exiſtimaverit rex, mei id eſſe muneris, ut ſi armis petatur tractus Fiordenſis, ſuam regionem defenſurum ſequar; hoc vero ab officio meo prorſus alienum judico, ut in Maeriam borealem abiens, ibi pugnem, & alienam regionem tuear; reduces igitur, hoc regi veſtro, maximo cum compendio, renunciaveritis: Kvelldulfum, inter hos bellicos impetus, domi manſurum, nec militem contracturum, nec iſtius expeditionis ſocium fore, quae adverſus Haralldum Lufam *dirigatur; ut quem ſolidam fortunae ſarcinam habere intelligam, ubi noſter regulus ne plenum quidem pugillum (hapſum, manipulum) habeat. Legati reduces, exitum negotii, regi expo-*

ſue-

f) Þá ſvarar han. Iidem & Jör.

g) at. usque ad ef. omitt. Guelph. Hol.

h) fylki hans, *ejus ditio.* Iidem.

i) med öllu óſkillt. Jör.

k) at ſegia ſkiótt ok ſkörulega at &c. *hoc vobis dicendum eſt, breviter & ſerio (libere, praeciſe) me* &c. Hol.

l) þeſſa herför, *hanc expeditionem.* Gu. Hol.

m) fara hvergi. edr lidi ſafna. ad beriazt vid Har. k. *nec usquam iturum, nec milites contracturum, ad pugnandum cum R. Har.* Iidem.

o) birgdir (byrdir) gnógar ok hamíngiu. er kóngr er. enn kóngr vor &c. *opes ſufficientes & fortunam, qui rex eſt, ſed noſter rex.* K. L. M. inepte; byrgdir autem penus, copiam, ſignificat, & ſatis eleganter ſtat, ſi voc. ok, &, er kóngr er, expunxeris.

p) göfugrar, *illuſtris, auguſtae.* Jör. || nóga byrdi figurs. ok &c. *ſufficientem victoriae.* Guelph. Hol.

q) kneppíng. Jörund. forſan melius, â voce KNEFI ita dicatur, quod pugno compreſſo includitur.

sín. *r*) en Kvelldúlfr sat heima *s*) at búum sínum.

4. CAP.

BARDAGI HARALLDZ KONÚNGS OK AUDBIARNAR.

Audbiörn konúngr fór med lid sitt. Þat er honum fylgdi. nordr á Mæri. ok hitti þar Arnvid konúng. ok Sölva Klofa. ok höfdu þeir allir saman her mikinn. Haralldr konúngr var þá ok *t*) nordan kominn med sínu lidi. ok vard fundr þeirra fyrir *u*) innan Sólskel. var þar orrusta mikill. ok mannfall mikit *x*) í hvarratveggiu lidi. Þeir fellu úr Haralldz lidi. jarlar ij Asgautr ok Asbiörn. ok ij synir Hákonar Hladajarls. Griótgardr ok Herlaugur. ok mart annat stórmenni. En af lidi Mæra *y*). Arnvidr konúngr. ok Audbiörn konúngr. en Sölvi *z*) Klofi komst undan á flótta. ok var sídan víkingr mikill.

r) at Kvelldúlfr sat heima. ok allt lid hans, *Kvelldulfum cum universa manu sua domi permanere.* Guelph. Hol.

s) í þat sinn, *ea vice.* Jörund.

t) nordr þar. Guelph. Hol. inepte.

u) nordan Salltserk, *a septentrione Salltserko.* Jörund. || sunnan Sólkel, *a meridie Solkel.* Gu. Hol. Sólskel haud dubio rectum, quam inter insulas Edda recenset.

x) af hvarumtveggium. hvorutveggium. Hol. Guelph.

y) konúngs. fell han sialfr. ok Audbiörn &c. *rex Maerensis ipse cecidit, & Audbiornus.* Guelph. Hol.

z) kóngson, *regius adolescens.* Alii.

fuerunt; Kvelldulfus apud penates suos permansit.

CAP. IV.

PUGNA REGIS HARALLDI CUM AUDBIORNO.

Rex Audbiornus, manum, quae signa ejus sequebatur, in Maehriam borealem duxit, ubi Arnvidum regulum & Sölvium varum *obvios habuit. Eorum tres cohortes junctae, magnum exercitum effecerunt; sed & rex Haralldus a septentrione venerat. Intra Solskelam inita est pugna, ingens sane, & cum ingenti utrinque strage: ceciderunt ex Haralldianis, Asgothus & Asbiornus Comites, nec non Griotgardus & Herlaugus filii Haconis Hlada-comitis, praeter multos alios illustres viros; E Maehrensibus ceciderunt reges Audbiornus & Arnvidus, Sölvius autem* varus *fuga evasit, & totus ad* A.C. 869.

6) *ædra* pro *ydra* i. e. *ytra* exterius. Sic *ægr*, *ygr*, toruus, ſæuus, terribilis; *ædſtr*, *ydſtr*, ſummus, & *ydſtr* pro *ytſtr* ab *út*, extrorſum. *Ydrafell*, *ytra* F. Gull-Þoris ſaga. *G. Pauli.* Quod ille *ædra* aduerbialiter reddiderat, ego adjectiue dedi, magis figurate opinor, et ſimul magis ex uſu ſermonis. Quid autem *exterior* aut, ut verba preſſius ſeqvar, *ſuperior barba* aliud ſonet, quam *exteriorem, ſuperiorem barbæ partem?*

7) *Aulldra* [Gen. plur. G. M.] *auldr* idem quod *aul*. Ofheit ertu *auldr*, jörd tekr vid *auldri* &c. *G. Pauli.* Cætera qvidem recte, niſi qvod *auldr* facit generis foeminini in priori exemplo allato, quod ſine dubio ſumſit ex loco Hymnis-qvidæ non recte a ſe lecto, nam idonei libri illic habent: Þu ert *auldr ofheitr*, & verti: *tu cereviſia niminm cales;* denique

d) Armódr hlióp *e*) upp ok út, en Egill bad *f*) gefa ſer drecka. Þá mællti húsfreyia *g*) vid þann mann, er þeim hafdi ſkenkt um qvelldit, at han ſkylldi gefa dryck ſvo at þá *h*) ſkyrti eigi medan þeir villdi drecka. *i*) Sídan tók han dýrs horn mikit ok fylldi ok bar til Egils. Egils kneyfdi af horninu i einum dryck. Þá qvad han:

Armodus exſiliens foras cucurrit, Egillus autem petiit ſibi bibere dari. Tunc alloquuta eſt materfamilias hominem, qui per veſperam iis propinaverat, ut potiones promeret, neve iis deficerent, dum bibere cuperent. Tunc ille ſumſit magnum cornu ferinum (bubalinum) implevitque et adtulit Egillo. Hic cornu amyſtide (uno hauſtu) evacuavit. Deinde cecinit: A. C. 944.

ad varietatem *auldra-dregg* adnotavit *G. Pauli: Dregg*, qvod etiam *Qveik* f. g. quaſi *motricem* dicas vel *fermentum*, unde facile lat. *fex* (*feces*, *fekes*) per aphæreſin literæ *k*. Hæc ille, et quidem docte et eleganter, quod ad ſenſum vocis *Qveik* adtinet, et adſtipulatur ei hymnus noſter eccleſiaſticus e latino translatus, in quo exſtat de hominibus, *Qveik ſpillt*, ubi textus habuit, *fex putris*. Cæterum non nego, magis contumelioſe dictum fuiſſe *auldra-dregg* quam — *daugg*, non tamen viſum erat a membranæ auctoritate diſcedere, dum eius lectio per figuram adtenuationis haud illepidam contineat ironiam.

b) Armódligr andar auldna dregg etc. J. *miſellus exhalat vetuſtam fecem* &c. non ſine ſenſu, verum tamen deprauate.

c) elladugg, Hrapp. qvod velim editori placuiſſet interpretari. Auldra-daugg, membr. K. L. M. etſi conſonantia laboret; conf. paulo ſuperius var. *æ*. Sed Auldra dregg, *potionum fex* cæteri omnes. Daugg in degg, eodem ſenſu cum *daugg*, ut harmoniæ conſuleretur, mutare placuit Gunnaro Pauli, haud ſine ratione, quemadmodum *der* pro dör, *umbraculum pilei*, dicitur, ne plura adferam; ſed hac mutatione nihil tamen erat opus per priora a me obſeruata.

d) var Þá Egli gefit at drecka, han tók vid, ok hneifdi af honum i einum dryck. *Tum Egillo bibere datum eſt, ille poculum accepit, et uno hauſtu ingurgitavit*; ita ſequentia usque ad verſum proximum contrahunt Jör.

e) ut, tantum, ex Holanis N.

f) fá ſer (at) drecka, Hol. ut ſupra.

g) at honum ſkyldi fá dryck (og bad at bera honum dryck) *tunc indixit hera, ut potus ei ferretur*. Hol. J.

h) ſkorti, (ſkortadi) E. Hrapp. Svo at — drecka, excludunt Hol. J.

i) Þá var honum ſkeinkt á horni miklu (horn mikit) han tók vid (horninu) ok qvad, *tunc ei propinatum eſt in magno*

A. C. 944.

Dreckum or þó at *k*) eckils
l) Eyk-rídr beri tídum
Horna-ſund *m*) at hendi
n) Hvert full *o*) bragar ulli.
p) Leyſi ek *q*) vætr 5) þó at *r*) laufa
Leik-

Epotemus quodcunque poculum,
Etſi Ekkiliani jumenti vector
Crebro ad manum adferat
Cornuum fretum poëſeos arbitro:
Nihil laudo, etſi gladiatorii
Ludi

cornu (*magnum cornu*), *ille id* (*cornu*) *excepit*, *et cecinit*. Hol. J.

k) Eckvers, E. ſolus, qvod nomen *regis maritimi* in Edda non adparet, quantum memini. Forte ſit *ſinus* nomen, nam notus eſt Harmr, *ſinus maris*, atque *Ecki* & *Harmr* ſynonyma ſunt: Tum vero indifferens eſt, ſiue poſterior vocis pars ſc. *ver* capiatur de *loco* l. *ſtatione* ſiue de *mari*. Modo ante pro or Jör. exhibent *af*, aliquanto validius.

l) eitídr, Hol. ſine ſenſu et dure in poëſi propter ſequens *tídum*. Eykfrídr, *navigii ornator* Jör. Eylvdr O. ſenſu caſſum, quamuis non ignorem *Eylúdr* eſſe maris nomen in Edda.

m) af, Jör. a prima manu, parum in ſenſu differenter.

n) hvor full, Hrapp. in plur. *qvæque pocula*. Hvert fullt J. corrupte, nam non percepit *full*.

o) ſegir, *inqvit*, intrudit Hrapp. putide ad metrum & ſenſum. Borgar ulli O. Hol. et Jör. a manu ſecunda, quæ lectio forte non ſit contemnenda, ſiue *Borg* pro *munimento qvouis* accipiamus ſiue de celebri prædio Borga in Islandia, quod domicilium & poſſeſſio erat Egilli, cuius adeo ulli, i. e. valdandi rádandi, *potens*, *dominus*, *arbiter*, merito adpellari potuit.

p) leifek, ex Hol. N. i. e. *nihil relinquo* (potionis). Lectio nil alteri cedens, imo præſtantior; iſti quodammodo patrocinantur Jör, in quibus a prima manu fuit *Leifum* in plurali. Leifi ek, etiam per i in priore, in textum ſuum recepit G. Pauli, conſentiente Hrapp. || lof fek vættr D. E. i. e. *laudis nihil adeptus eſt*.

q) vætt præferunt Hrapp. K. L. M. quod tamen minus uſitatum eſt priſcis in ſenſu privatiuo. Vetr, Hol. O. idem quod vætr. Næmir, pro eodem obtrudunt Jör. fere hic ſine ſenſu.

Ordo verborum proſaicus in priori hemiſtichio huius cantilenæ: Dreckum 1) or, (plenius *af*) hvert full, þo at 2) Eckils eyl-rídr beri tídum 3) horna-ſund at hendi 4) bragar-ulli.

1) ſatis tenuis hic eſt particula *or* ad epotandi ſignificationem, certe ita non ſonat noſtra ætate, eam tamen ſeruare libuit, propter membranæ auctoritatem et codicum numerum. Cum ablatiuo conſtructa, ut ſoret, hveriu fulli, vim requiſitam habuiſſet, ſed fortaſſe tamen hic ſit antiptoſis Accuſatiui pro Ablatiuo.

Leik-ſtærir mer færi
s) Hroſto 6)-tiörn *t*) i horni
Horn til *u*) dags at morni.

Ludi promotor mihi ferat
Turbidæ potionis ſtagnum in cornu,
(*Atque adeo*) *cornua usque ad mane craſtinæ diei.*

A. C. 944.

Egill drack *v*) um hríd, ok *x*) kneyfdi hvert horn er at honom kom. Lítil var þá

Egillus aliquamdiu potavit, et evacuauit quoduis cornu ſibi adlatum. Interea exigua

2) Eckill, *rex piratæ*, cujus eykr iumentum *navis*, et ejus rídr ɔ: rídandi, vir. G. Pauli.

3) i. e. *potiones abundantes.*

4) ſiue ullr hic pro *divi* nomine propr. accipiatur, ſiue pro nomine adpellatiuo valdr, valdandi, dominus, potens, (hanc enim ſignificationem vocis ullr ſiue adpellatiue ſiue in proprio ſenſu ſumtæ eſſe ſtatuo, & antea ſtatuiſſe opinor in hoc libro) parum intereſt; quis autem majus dominium habeat in ſuum poëma, quam poëta ipſe?

5) i. e. quomodo cunque, *nego Armodum ullam gratiam a me initurum eſſe tam foecunda poculorum invitatione*, quæ ſequitur, imo potius *illum contumeliam gratiæ vice meruiſſe.*

6) Hroſti vel *Roſti*, cereviſia, hodie fere vilior, aut *fex cereviſiaria*. G. Pauli. Idem horn in ult. lin. capit pro epexegeſi lineæ præcedentis, quod et ego facere compulſus ſum, propter iſtud leyfi ek vætr; ſed cum ille leiſi per *i* adoptauerit, nulla neceſſitate adactus fuit ad eam tautologiam hic admittendam, quum ordo poterat eſſe talis: leiſi ek vætr hroſto-tiörn i horni, þo at laufa-leik-ſtærir færi mer horn til dags at morni, *non relinquo vel paullum quidem cereuiſiæ in cornu, etſi pocillator mihi afferat cornua usque ad* &c. Hanc acceptionem ajo eſſe multo ſimpliciorem & ſignificantiorem altera. Laufaleik-ſtærir in lin 5 & 6 eſt viri adpellatio poëtica; laufi, *leo*, vocabatur celebris gladius celebrioris athletæ Bödvaris Biarkii; eius leikr, *prælium*, & hujus ſtærir, *præliator* et vir quicunque, ex antiquo more & genio bellico atque generali cuiusque viri adpellatione inde petita.

r) löfa, Jör. a prima manu, non male.

s) Hroſto-tiörn videtur eſſe in membr. quod et E. firmat; ſed cæteri Hroſta-tiörn, præter J. qui nugatur Horsnatiörn, & Hol. in quibus eſt Horſa (Horſta)-tiörn, *lacum equeſtrem*, ɔ: quantum uno hauſtu ebibit.

t) á horni, Hol. etiam recte; at horni, a prima manu Jör. ſuſpecte.

u) dals, *ad vallem* iid. a prima manu mira aberratione. Poſſit tamen reddi: *usque ad occaſum diei craſtinum.* Mox, a morgni, Hol.

v) hvert at ödru, *unum poſt aliud* (cornu) Iid. hvert horn er at honum kom, Jör.

x) hneifdi af um hríd, Jör. Kveifdi Hrapp inſolenter hic et ſuperius.

A. C. 944. Þá gledi i ſtofunni, *y*) Þótt nockurir menn drycki. Sídan ſtendr Egill upp ok förunautar hans, ok taka vopn ſín *z*) af veggium, er þeir höfdu upp feſt. gánga ſídan til kornklödu þeirrar, er heſtar þeirra vóru inni, laugduz þeir þar nidr i hálm ok ſvúfu *æ*) um nóttina.

gua erat hilaritas convivialis in coenaculo, quanquam nonnulli homines adhuc potarent. Poſthæc Egillus ſurrexit & ſui comites, & capiunt arma ſua de parietibus, quæ ſuſpenderant; deinde eunt ad horreum, in quo equi eorum erant; ibi decubuerunt in culmo, & noctem ſomno exegerunt.

LXXV. Cap.
SKILNADR EGILS OK ARMÓDAR.

Egill ſtód upp um *a*) morgininn þegar er dagadi. Biuggüz þeir förunautar *b*) ok fóro, þegar er þeir vóro búnir, aptr til bæiarins, ok leita Armóds. Ok er þeir komu til ſkemmu-búrs, þeſs er Armódr ſvaf í ok kona hans ok dóttir *c*), þá hratt Egill upp *cc*) hurdunni, ok geck til reckiunnar Armóds, han brá þá ſverdi, en annarri hendi *d*) greip han i ſkegg Armódi, ok hnykti honom á ſtock fram. En

LXXV. Cap.
EGILLI & ARMODI DISCESSIO.

Egillus ſurrexit mane poſtero, ſimul atque dieſcebat. Ille et ſui itineris ſocii accinxerunt ſe, et poſtquam parati erant, ædes repetierunt, Armodum quærentes. Poſt autem quam venerant ad ædem ſolitariam, in qua Armodus cum uxore ſua et gnata ſomno indulgebant, tunc Egillus forem excuſſit, et lectum Armodi adgreſſus, gladium ſtrinxit, altera vero manu adripuit barbam Armodi, et eum in ſpondam proripuit. Sed

y) Þótt — drycki abeſt ab Hol. Jör. J.

z) ok klædi, *et veſtes* (ſc. *exteriores*) Hol. J. affeſt, excluſis af vegginum, in ſing. Hrapp.

æ) þar þat ſem eptir var nætur, *ibi quod noctis ſupererat.* Jör.

a) Morguninn ſnemma, *matutine* Iid.

b) til ferdar en ádr þeir færi, þá leitadi Egill Armóds, ok kom at ſkemmu-búri &c. *ante vero quam diſcederent, Egillus Armodum quærebat, & venit ad apothecam* (*inſulam promtuarium*) Jör. Pro hoc ultimo *ſkemmu-búri* tantum ſkemmum ſubſtituunt. Hol. J.

c) Ecki var þar fleira manna (voru þar fleiri menn) *plus ibi hominum non aderat.* Jör. J. Hol. ſupplent.

cc) hurdu, ſine articulo Iid.

d) tók han i ſkegg honum. Hol. J.

En kona Armódar ok dóttir *dd*) hliópu upp ok *e*) bádu Egil, at han dræpi eigi Armód. Egill ſegir, at han ſkylldi þat giöra fyri þeirra ſakir, þvíat þat er makligt; en *ee*) hefdi han verdleika til at ek dræpa hann. Þá qvad Egill:

Nýtr *f*) íll-hugadr *ff*) ýtir
g) Arm-linnz konu *h*) ſinnar,
Oſs

Sed uxor et filia Armodi exſilientes precabantur Egillum, ne Armodum interficeret. Egillus dixit, ita ſe facturum in earum gratiam, id enim meritum eſt (veſtrum); at illius merita forent, ut eum interficerem. Tunc cecinit Egillus: A. C. 944.

Prodeſt male animato protruſori
Anguis cubitalis meritum uxoris et filiæ
Nobis

dd) hliopu upp ok, male reſecant Iid.

e) fengu tekit um háls honum (Egli), þær bádu ákafliga, at Egill ſkylldi eigi drepa Armód, *cum ſucceſſu collum eius* (Egilli) amplexæ, impenſe ſupplicabant &c. Jör. ſatis energetice.

ee) hefir, ac deinde drepi, in præſenti Hol. J. Qvad hitt makligt, at han væri drepinn, *iſtud vero dignum prædicauit, ut occideretur, et ſane Armodi merita ad id ſatis ſunt, ut occidatur.* Jör.

f) Ill-fögull, membr. C. Jör. maledico. Illflögul, *inutili ad feriendum*, J. Ill-fögull, ad omnia effutiendum promto. Hrapp. Forte ill-hogull (-hugull) pro omnibus hisce reponendum eo ſenſu, quem verſio exhibet.

ff) ítrar (ytrar) *eximiæ*) Jör. Hol.

g) arnlinr, Jör. Aurn, *gladii nomen* in Edda. Hlynr et linnr *ligni nomina*, ergo arnhlynr vel arn-linnr viri appellatio. || Armódr Hol. et O. rhytmo non adprobante in Hol.

h) gódrar *bonæ*, O.

Ordo proſaicus verborum huius carminis talis eſt: Nytr illfangull ytir 1) armlinns konu ſinnar ok dóttur, oſs er ótta-lauſt vid 2) ognar hveſſi 3) þeygi muntu vid þenna grepp 4) þyckiar verdr fyrí dryckiu, a veg ſkulumvappa vítt &c.

1) linnr, *anguis*, at *anguis brachii* vel *manus* annulus. Eius ytir vir quilibet. Paullo aliter G. Pauli, cui: »Armlinnr (imo *linnr* ſecundum textum noſtrum, quod etiam anguis nomen eſt. G. M.) haud dubie telum eſt (haſta vel gladius) & eius *ytir* (*protruſor*, *protenſor*) vir.» Ambigi tamen poteſt de hac teli appellatione.

2) ógnar-hveſſi, G. Pauli reddidit: *minitabundo*; alias poſſit accipi pro appellatione *hoſtis* vel *viri* ſimpliciter; nam ógn prælii vocabulum eſt in Edda, et *hveſſir* (verbale agentis), acuens, incitans, intendens.

3) þeygi, vulgo ſcribitur per *i* þeigi, & pro ſimplici negatione uſurpatur: reuera autem compoſitum eſt ex *þó eigi*, & mihi quidem hic aliquanto plus valet altero, nimirum *tamen non, præterea non*,

A.C. 944.

Oſs er vid ógnar-hveſſi
Óttalauſt, ok dóttur.
i) Þeggi muntu vid Þenna
k) Þyckiar verdr *l)* fyri dryckiu.
Grepp.

Nobis a pugnæ incitatore
Nulla formido eſt.
Nullum, credo, de hoc poëta
Incommodum meruiſti poculis.
Por-

quin etiam non. Dixerat poëta in priore hemiſtichio: *ſeruari Armodum ob meritum uxoris et filiæ*; nunc per ſpeciem quandam epanorthoſeos ironice addit: *ipſum vel ſuo merito indignum eſſe, qui lædatur aut violetur, propter largiter præbitas portiones, quin imo remunerationem meruiſſe*, quam et ſeſe reddidiſſe cenſet in altero oculo cum vita illi ſeruando. Cæteroquin ſarcasmus quidam eſt, quod latenter negat, ſaltem diſſimulat, *ullum in barbæ abſciſſione et alterius oculi effoſſione eſſe incommodum.*

4) Þyckr, facit genitiuum Þycks & Þyckiar ſicut dryckr potus, drycks & dryckiar, hnyckr correptio, ſtropha, hnycks & hnyckiar. Eſt autem Þyckr rara vox, obuia tamen in Droplaugarſona Saga magna, relatione de Gunnare Thidrandicida, & in Svarfdælaſaga, de Thorſteino Svörfudo, pueros ſuos Klövium illum celebrem & ſororem eius Sigridam fictis terroribus experiente; & videtur ibi τὸ Þyckr eſſe *offenſa moleſtia, terror*, aut *res indignationem* vel *terrorem mouens, moleſta, ingrata*, ab *mer* Þyckir, *moleſtum* vel *ægre mihi eſt, indignor ſuccenſeo, gravor.* Denique Gunnaris Pauli verſio huius poſterioris hemiſtichii talis eſt: *Ideo (ɔ: ob malignitatem) in ignaberis huic pro potione coenæ (ego poëta cum meis viæ nos dabimus longæ) ut ſit ſpectaculo.* Idem bene obſeruauit, verbum at vappa in ſtropha penultima Starkado etiam eſſe uſitatum (nempe in Giafa-Refsſaga G. M.) Þadan vappadi ek villtar braútir. Eſt autem *at vappa* proprie infantum, *gradu minuto, crebro & vacillante ambulare.*

i) Þeigi idem Jör. H. Deinde pro vid, Þvi legitur in K. L. M. nullo ſenſu, ſed hæc tamen lectio videtur induxiſſe Gunnarem Pauli ad illud Þeygi repudiandum, et hoc ipſum Þvi in illius locum transferendum, quod per *ideo* vertit. Supra adſcripſi verſionem eius in totum hoc hemiſtichium.

k) Þyckiu, *indignationem* Jör. Þyckiaz G. H. A. Magnæus in A. idem quoque voluiſſe videtur G. Pauli, etſi ille Þyckiaz, per unum *k* ſcribat, et aliter vertat quam ego. Mihi enim ſenſus talis eſt: *non cenſes, credo, te ſic promeruiſſe de h. p. ob pocula.* Laudato G. Pauli Þykiaſt valet *indignari*, quem ſenſum verbi ignoro. Mox idem pro *verdr* adj. *dignus* ſubſtituit verdar ſubſt. in genit. *coenæ.*

l) of, *ob pocula* J. ofdryckiu Svec. coniunctim inepte.

m) Grepp. ſkulum á veg vappa
n) Vitt ſvagöru hlíta.

Porro viam carpamus,
Re ſic geſta contenti.

A C. 944.

m) Grepp, in accuſandi caſu membr. a. cum paucis aliis, in quibus eſt Hrapp; ſiue impreſſa Hrappſeyenſis ſine Anno. A ceteris multum turbatur, nempe: Greppr Jör, quod in vocandi caſu Armodo tribui poteſt, quaſi dicat: *homo torve! facie turpis!* vel contracte, contorte! incurue! ob coecitatem ſcilicet. Sed G. Pauli in nominandi caſu, de ipſo poëta & eius ſociis accepit, ſatis contorte: mirum quod non repoſuit plural: *Greppar*, quo Egillus ſuos alloqueretur: *o viri!* vel *nos viri!* ſed illi nimirum non aderant. Greipr (greypr) A. Magnæus in A. & mox ſkalltu pro ſkulum, omnes Jör. Qvas lectiones adoptauit & expoſuit J. Olavius in gloſſario ad Landn. b. Conf. meum gloſſarii ſpecimen in Eddam Sæmundi, & ſupra ſub hac lit. var. expoſitio vocis Greppr. Greip. M. Gripſ. liber G. Pauli forte pro *greips* ſc. þyckiar, *atrox incommodum*. Non autem omittenda eſt plauſibilis coniectura G. Pauli orta ex illo Grips: nempe poëtam forte hic intelligere *gryphes* (*hyperboreo-montanos*) & greips vel grips-veg dixiſſe vaſtum illum ſaltum (ɔ: Eida-ſkóg) || Geips. G. H. & Geipu Svec. Unde retenta lectione þyckiar, ſenſus fit: *non credo te tibi videri vaniloquo dignum* vel *nugis*, ſed alio magis ſolidiori premio ſcilicet.

n) Víti, *poëna* ɔ: de Armodo ſumta, commode reponi poteſt, diſtinctione expuncta, ſequentibus connectendum. Neque ſane ſatis aptum videtur illud vítt in textu, etſi figurate accipi poſſit vítt á veg, pro á vídann veg, quod fecit G. Pauli, aut vítt, ut ego cepi, pro vídar, *amplius, ulterius*. || Víſt. J. *certo gradu* ſ. *tenore itineris*, ſed hoc peccat in harmoniam poëticam. Deinde: ſo gefu, A. Magnæus in A. *tali fortuna contenti*. Gieffu pro iſto habet Svec. vitioſa geminatione literæ f. gefum, O. gefnu, *ita dato* ſc. nobis a fortuna, quod inſidias hoſpitis euaſimus, & eum ulti ſumus. Quod ſi poſt modo legatur hlíttu pro hlíta (quomodo etiam hlíttad ibi eſt in O.) erit ſenſus ad Armodum adplicandus per ſarcasmum talis: *ita præſtitam remunerationem boni conſule*. Sva gernu, Hrapp. nempe corruptum ex antiquo pleniore & magis euphonico ſva gervu (ſva giörvu) quo alludit *ſua geriú* in Jör. In fine ſtr plæ hlíta plane præferunt Jör. G. H. Svec. quo et modo allatum hlíttad pertinet. Líta membr. a. & cæteri magis ambigue & inſuauius. Denique in hac ultima ſtropha G. Pauli duplicem in una voce facit mutationem inutilem, nimirum: *ſvo á gefi* (giöri) *líta*, *ut ſis ſpectaculo* (ut homines te ſpectent) quæ ipſe ſic illuſtrat: gefr á at líta, vulgata eſt locutio de re ſpectabili, qualem etiam Armodum hic reliquit Egillus.

A. C. 944.

o) Eptir þat ſneid Egill af honum ſkeggit vid hökuna. Síþan *p*) krækti han *q*) fingrinum í aúgat ſva, at *r*) uti lá á kinninni. *s*) Eptir þat geck Egill á brott til fauru-nauta ſinna. Fara þeir þá leid ſína, komu at dagverdar-máli til bæiar *t*) Þorfinz *u*) han bió vid Eida-ſkóg. Þeir Egill *x*) kröfdu dagverdar ok æia heſtum ſínum. Þorfinnr bóndi let heimollt ſkylldu þat. Gánga þeir Egill inn i ſtufu. Egill ſpurdi *y*) ef Þorfinnr hefdi var ordit vid faurunauta hans, haufdu ver her mællt mót med oſs. Þorfinnr ſegir ſva. Fóru her VI. menn ſaman *z*) nockuru fyri dag ok váru vapnadir miög. Þá mællti húskarl Þorfinns, ek ók í nótt eptir vidi, ok

Tum barbam illi Egillus ad mentum ipſum deſecuit. Mox uncum digitum oculo ita impegit, ut in mala excubaret. Poſt hæc ad ſocios diſceſſit hique iter propoſitum capeſſentes hora prandii ad Thorfinni veniunt villam, Eidenſis ſaltus accolæ. Prandium ibi poſtulorunt, et ſimul equos ſuos quieuerunt (quieſcere fecerunt) Thorfinno adfirmante, id iis in manu fore. Ita in triclinium intro eunt. Egillus rogabat, an Thorfinnus quidquam animadvertiſſet de ſuis comitibus, hic (enim, inquit) iterum jungi conſtitueramus. Thorfinnus narrat hunc in modum. Hac ibant VI. homines ſimul, aliquanto ante lucem, et erant armis copioſe inſtructi. Tunc interpellans famulus domeſticus Thorfinni, vehebar lignatum hac proxima nocte, et

o) ſiþan membr. quod ead. paulo poſt repetit. Mox: greip. Egill upp vid hökuna ſkeggit, *corripuit Egillus barbam ſurſum ſub ipſo mento.* Hol.

p) kreppti, Hrapp ſuſpectum cum dativo.

q) fingri ſinum Jör.

r) út lá á kinnina, in accuſ. caſu. Hol. J.

s) Þá geck E. i burt med faurunauta ſína J. til manna ſinna, Hol. *cum comitibus ſuis.* Porro, ek komu (kom J.) at dagverdarmáli &c. Hol. J.

t) Þorfinnz bónda, *ad Thorfinnum colonum* Hol.

u) þar ſem (er) han bió v. E. ſk. *ubi ille incolebat ad ſylvam Eid.* iid. han bió ok vid E. ſk. *& ille quidem accolebat ſylvam Eid* Jör.

x) gengu inn i ſtöfu. Egill ſpurdi &c. Jör. Þar höfdu þeir gneida dvöl, *ibi ſubſtitere hospitalitatis fruendæ cauſa.* Hol. G. H. mox ſubiuncto: ok gengu inn til ſtofu.

y) hvert Þorf. hefdi hvergi ordit var vid &c. *nusquamne Thorfinnus animadvertiſſet eorum comites* iid.

z) á ſkóginn i morgun, *in ſylvam* &c. Jör.

ok fann ek VI. menn á leid ok voru þat hús-karlar Armóds, *æ*) ok var þat miklu fyri dag. Nú veit ek eigi hvart þeir munu allir *a*) einir ok hinir VI. er þú sagdir frá. Þorfinnr segir, at þeir menn, er han hafdi hitt, haufdu sídan farit enn huskarlinn kom heim med vidarhlassit. Ok er þeir Egill sáti ok mautuduzt, þá sá Egill, at kona siúk lá í *b*) þver palli. Egill spurdi Þorfinn hver kona sú veri er þar var sva þúngliga haldin. Þorfinnr segir at hon het Helga ok var dóttir hans, hefir hún haft lángan vanmátt ók þat var króm mikil, feck hún *c*) enga nótt svefn, ok var sem *cc*) hæmstoli veri. Hefer nockurs í verit leitat, segir Egill, um mein

*et obuios habebam VI. homines, qui famuli domestici Armodi erant, hoc autem erat multo ante lucem. Nunc incertum habeo, numne hi sint uni iidemque cum VI. illis, quos tu (here!) narrabas. Thorfinnus ostendebat homines, quos conuenisset, iisse, post quam operarius cum lignaria vehe domum venisset. Interea dum Egillus et sodales adsidentes cibum capiunt, Egillus notavit mulierem ægram in tabulato transverso cubantem; et Thorfinnum sciscitatus est, ecquæ esset mulier illa tam graviter afflicta. Thorfinnus dixit, Helgam vocari et suam esse filiam; ea (inquit) diuturna invaletudine, atque adeo peruicaci ægrotatione vexata, nulla nocte somnum nacta est et videtur (quidem) esse alienata *) (communem* A. C. 944.

huma-

æ) Hinc usque ad ok er þeir Egill sátu, omnia omittunt Jör. Hol. J.

a) einir ok hinir sömu er þ. s. frá L M. einir ek, excludit Hrapp. corrupte utrique, nempe quod ignorabant allr einn ok idem sonare, atque einn ok hinn sami, allr hinn sami ok, *idem ipse, plane idem, ac* &c.

b) pallinum, ok var þúnglega haldin, *tabulato* vel *scamno, graviter adflictam.* Hol. omissis mox, er þar — haldin.

c) öngvan svefn, ok hefir þo verit í leitad nockra bragda. Þá fer Egill um mein hennar, ok mælti: Rúnar hafa her verit ristnar, ok er nu miklu verr, Þorf. mælti vid Egil: kantu nockut gera &c. *nullum somnum nacta est, at quædam tamen remedia tentata sunt; tunc Egillus examinabat malum eius, et postea dixit: Runæ incisæ hic adhibitæ sunt, adeo nunc res in multo peiore loco sita est. Thorfinnus locutus est Egillo: numquid* &c. Hol.

cc) Hamstolin Hrapp.

*) hamr, *corpus, forma externa:* stoli & stola, omn. gen. (per omnes casus) *spoliatus, exutus, priuatus*, ut in compositis, draum-stoli, & vit-stola, hinc ham-stoli, *suo corpore spoliatum*, & (amplius) *alieno indutum* proprie denotasse videtur. Ita multos ab incantatoribus olim fuisse trans-

A. C. 944. mein hennar? Þorfinnr ſegir, *d*) riſtnar hafa verit rúnar, ok er ſá einn bóndaſon hedan ſkamt í brott er Þat gerdi, ok er ſídan miklu verr enn ádr. Eda kantu Egill nockut gera at *) ſlíkum meinum? Egill ſegir, vera kann at ecki *e*) ſpilliz vit Þó at ek koma til *f*). Ok er Egill var mettr, geck han Þar til er konan lá, ok ræddi vid hana; han bad Þa *g*) hefia hana or rúmanu ok *h*) leggia undir hana hrein klædi, ok nú var ſva giört. Sídan rannſakadi han rumit er hon hafdi hvílt i, *i*) ok Þar fann han tálkn, ok voru Þar á rúnar. Egill las Þær, ok ſídan *k*) telgdi han af rúnar-

humanitatis habitum exuiſſe). Numquid adverſus morbum illius tentatum eſt remedii? inquit Egillus. Runicæ literæ exaratæ ſunt, ait Thorfinnus, quod fecit filius ruſtici cuiusdam hinc prope habitantis, at malum poſtea multo eſt intenſius. Tu vero, Egille! numquid ſcis id genus malis mederi? Egillus fatur: fortaſſe non corrumpatur (negotium) etſi adeam. Poſtquam autem pranſus erat, acceſſit ad grabatum mulieris, et cum ea loquutus eſt. Deinde lecto illam levari, et mundas ei veſtes ſubſterni præcepit, idque ita eſt factum. Poſtea lectum, quo decubuerat, ſcrutatus, invenit ibi taleam (ſegmentum) e branchiis, in qua erant literæ Runicæ, quas, ubi legiſſet, dedola-

mutatos priſcis fertur fabulis; deinde credibile eſt ſuperſtitionem pro hamſtola, vi magica, transmutatis habuiſſe eos, qui morbo aliquo, (ſiue corporis, ſiue animi, ſiue utriusque) graui et obſtinato, cuius cauſa et natura obſcura eſſet, laborabant, atque ad illos hoc vocabulum transtuliſſe.

d) Eigi Þykiunzt (corr. Þykiaz) menn ſiá rád til, at henni batni, eda kantu Egill nockut at-gera ſl. m., *negant ſe videre remedium, quo convaleſcat, tu vero Egille!* &c. Jör.

*) ſiukum mönnum, *ægris hominibus*, Hrapp. contra uſum linguæ, nam iſtud at gera vel gera at dicitur de *morbo*, non de ægro.

e) ſpilli Þat til, Þótt ek reyni, *non corruperit, etſi experiar.* Hol.

f) hennar, *eam* add. Jör.

g) bera úr rúminu i burt meina (corr. meyna) ok ſvo var giört, *grabbato auferri virginem — atque ita factum* Jör.

h) let hana leggia á hrein klædi, *fecit eam imponi* m. v. Hol. J.

i) han rubbadi Þar öllu, Þar fann han eitt talkn-kefli, ok &c. *omnia ibi miſcuit (diſcuſſit, inuertit), inueniique ibi* &c. Jör.

k) ſkóf han af rúnarnar, ok brendi i elldi, ok ſvo keflir, en bió ſiálfr rómit med ödrum klædum, ok let ſídan bera hana aptr i rúmit, ok reiſt rúnar, ok lagdi

rúnarnar ok ſkóf þat í elld nidr, han brendi tálknid allt ok let bera í vind klædi þau er hon hafdi haft ádr. Þá kvad Egill:

kk) Skalat madr rúnar riſta
Nema ráda vel kunni,
Þat verdr mörgom manni
*) Er um myrkuan ſtaf villiz.
Sá ek á reigdu tálkni
Tío laúnſtafi riſtna.
Þat hefir laúka ſlindi.
Lángs **) of trega fengit.

Egill reiſt runar ok lagdi *l)* undir hægindit í hvíluna þar er hon hvíldi. Henni þótti ſem hon vaknadi or ſvefní ok ſagdi, at hon var þá heil enn þó var hon máttlítil. En fadir hennar ok módir urdo ſtórum fegin *m)* baud Þórfinnr

dolauit, et ramenta igni injecit, quin et A. C. 944.
ipſam branchiarum laminam concremauit; veſtimenta autem lectualia, quibus ante uſa erat mulier ſub auras efferri (vento exponi) curauit. Tum carmen edidit:

Non oportet quenquam runas ſculpere,
Niſi eas interpretari bene norit;
Id (enim) accidit multis mortalium,
Ut in obſcura litera aliquis erret.
Vidi in branchia cultello adaptata
Decem occultas literas inciſas;
Hoc alliorum tiliæ (fæmellæ)
Longum dolorem (morbum) creauit.

Deinde ipſe runas ſculpſit, et ceruicali in lecto, ubi cubabat puella, ſuppoſuit. Illa autem, tanquam ex ſomno euigilare ſibi viſa, ſanam ſe tunc eſſe prædicauit; ſed languida tamen erat. Parentibus hinc magna orta lætitia; et pollicitus eſt Torfinnus, Egil-

þær í hægindit í rúmi hennar. Þá þótti henni ſem hún vaknadi af ſvefni, ok kvadz þá heil vera, en þó v. h. m. Þá qvad Eigill víſu: *Abraſis runis, ramenta et tabellam igne cremauit, ipſe aliis veſtibus lectum ſtrauit, et deinde illam in lectum reponi fecit; runas ſculpſit & eas indidit ceruicali in lecto illius.* Reliqua nihil in ſenſu differunt.

kk) ſkala mann O. idem, ſed illud mann pro madr eſt recentius Danizans.

*) at, Jör. quod adoptauit G. Pauli, ſed er idem valere iam mihi et aliis obſervatum eſt.

**) oftrega, membra et plerique codd. of trega diuiſim. Ita G. Pauli, cui meum calculum adjicio; ut of hic, ſicut alias, ſæpe ſit vocula completiua menſuræ metricæ ad ſenſum vel contextum nihil faciens.

l) undir hana í reckiunni hiá hægindi, *ſuppoſuit ei in lecto apud ceruical.* Hol.

m) heilſu hennar, ob *eius ſanitatem* vel *conualeſcentiam*, & mox, ok budu, at Egill &c. & polliciti ſunt &c. Hol. Þeſſum atburd ok budu &c. *hoc euento, et polliciti ſunt* &c. Jör. Deinde beina pro forbeina lid.

A. C. 944. finnr at Egill ſkylldi þar hafa allan þann forbeina, er han þóttiz þurfa.

LXXV. Cap.
EGILL KOM TIL ÁLFSBÓNDA.

Egill ſagdi faurunautom ſínom, at han vill fara ferd ſína ok bída eigi lengr *n*). Þórfinnr átti ſon er Helgi het, han var *o*) vaſkligr madr, þeir fedgar budu Agli fauruneýti ſitt um ſkóginn ſaugdo þeir, at þeir viſſi til ſanz, at Armódr ſkegg hafdi giört menn VI. á ſkóginn fyri þá, ok þó likara at vera mundi fleiri ſátirnar á ſkóginom ef hin fyrſta ſlyppi. Voro þeir Þórfinnr IV. ſaman er til ferdar buduz. Þá qvad Egill víſu:

p) Veiztu ef ek ferr med þóra
q) Fær attu ſex þá er *r*) vixli

Slífa

Egillo in promtu fore omnia commoda hospitalia, quæ ſibi opus eſſe exiſtimaret.

LXXV. Cap.
EGILLUS VENIT AD ALFUM COLONUM.

Egillus dixit comitibus: velle ſe iter perſeuerare, neque diutius operiri. Thorfinno filius erat nomine Helgius, vegetus iuuenis. Illi, pater et filius, Egillo comitatum ſuum per ſylvam obtulerunt adfirmantes, pro vero ſibi compertum eſſe, quod Armodus Barbo VI. homines ad iter eius inſidendum in ſylvam emiſerat, imo probabile eſſe plures in ſylva fore inſidias, ſi forte primas exiri (præteriri) contingeret. Erant autem omnino IV. qui cum Thorfinno una comites ſe Egillo offerebant. Tunc Egillus carmen edidit:

Noſti, ſi tribus (viris) comitatus eo,
(Quod) non inuenies ſex qui commutent

Me-

n) Kónungſmanna, homines regios Jör. Hol. J.
o) vænligr, *forma ſpecioſus.* Hol.
p) verſt ek, ef, *me tueor, ſi* &c. O.
q) ita Hol. ſed færi þú, membr. a. *et traduces*, item Hrapp. quod non poteſt accipi niſi pro imperatiuo verbi, at færa, ut ſit; *duc tu*, vel *ducas tu*, quaſi dicat: *tum te vel alium quemcunque prouoco, ad ducendum VI. adverſus me, qui commutare poſſint* &c. ‖ Fiör-rád er þeim vodi (corr. vádi) Jör. i. e. *conſilia* [adverſus me] *capitalia iis* [ɔ: Armodi emiſſariis] *ſunt periculum* (periculoſa); ſed hæc lectio vix conſiſtit in ſenſu cum ſequentibus, niſi ante hneiti-knifum ſubaudiatur med, *cum, per.* Mox ſef pro ſex Hrapp, neque ſane pictura του X. in membr. multum hinc abludit.
r) vexli, J. hic facile pro vígſli, inquit G. Pauli. Ita ferri pro firri, *remotius*, pro-

Hlífa *s*) hveiti krufum
t) Hialldr-gods vid *u*) mik rodnum:
v) Enn ef ek *x*) em med átta,
y) Erat *z*) þeir XII er ſkelvi.
æ) At *a*) ſamtogi ſverda 4)
b) Svart brúnum 5) mer hiarta.

Mecum rubefactos exſectores tegminum A. C. 944.
Alborum Dei præliaris.
Sed ſi ſeptem habeo comites,
Non ſunt tales (bellatores) XII, qui
tremefaciant
In communi (reciproca) vibratione enſium
Cor mihi nigris ſupercilliis prædito.

Þeir *Thor-*

cul, dixit Sighvatus poëta in Auſtr-farar víſum: Nú er þat at blackr um becki berr mik Daunum (forte daúnum vel daún um) *ferri*. Verto ultima, quæ ad rem præſentem faciunt *procul (remotum) a Danis* vel *odoribus (odore)* i. e. in loco deſerto, & ab omni hominum cultu vacuo.

s) ita membr. a. et Trad. Sed hneiti-knífum Hol. Jör. J. Svec. i. e. *cultros perſtringentes (lædentes) tegmina Odini*. Hneiti-krufum adoptat G. Pauli, & hneiti-krufum hlífa hialdr-gods, vertit *gladios*, hac adnotatione ſubdita Hneitir *gladii* appellatio: ek kryf, *exentero*, *euiſcero*: krof, *corpus euiſceratum;* hinc hneiti-krufa [quidni krufr in gen. maſculino G. M.] *gladius euiſcerationi aptus* Hialldr-god, *Deus præliaris* ↄ: Odinus armorum præſes. Hveiti kliúfum Hrapp. *fiſſores*, lectio ſatis probabilis; hanc et ſequentem lineam ita nugatorie interpolat O. Hvöt knífa ok hneiti, hródr vex um mik rodinn, *impulſum cultrorum et gladium rubefactum, laus de me creſcit.*

t) hrelldr, *conſtrictus*, inepte. Membr. b, G. H. Svec.

u) mer, in dandi caſu, ſenſu magis emphatico i. e. *mecum*, *ita ut fiant ſuperiores* Jör.

v) átti ek einn vid átta, *congreſſus ſum unus cum octo*. O. quod alibi idem prædicat poëta, ſed huc tamen non quadrat.

x) fer', *ſi eo cum* — comitibus Jör.

y) eru þeir &c. *ſunt tales* (vel iſti ſc. adverſarii) quod interrogatiue accipi poteſt, quaſi dicat: *an credis ullos tales datum iri*, *ut terreant*, aut *iſtos eſſe territuros* Jör. Hol. || eru tólf litt mun ſkelfa, *ſint XII*, *id parum terrebit*. O.

z) þat, neutr. ſing. minus ſignificanter D. E. Hrapp. membr. a. Mox: eg ſkelfi, *quos ego terream*, abſurde Hrapp.

æ) giörd ſamtoga ſverdum. O. inepte, neque opinor dici ſamtoga gen. foem.

a) ita Jör. & ſamtogi etiam Hrapp. At ſeim-teigi. membr. a. i. e. *in ſoni lenti area*, nempe campo prælii. Sam teigi J. K. L. M. *in communi exſertione*, tum vero ſcribendum per *y* teygi, vel, *in area communi*, ſubobſcure. || Sam toga ſverda, *in penſo communi* gl. Hol. Svec. ſuſpec-

A. C. 944. Þeir Þórfinnr redu þeſſu, at þeir fóro á ſkóginn meþ Egli, ok voru þeir þá

Thorfinni et ſuorum ſententia præualuit, ut Egillum in ſylvam proſequerentur, tum-

tum. Mox: ſverdi, membr. a. Trad. Hrapp. *gladio.*

b) Svar-brúnum, idem per euphoniam membr. a. et iid.

Ordo verborum in priore parte carminis, cui verſio eſt accommodata, talis conſtituitur: Veizlu ef. e. f. m. 1) fióra, færáttu ſ. þ. er 2) víxli (vexli) vid mik (mer) rodnum krufum 3) hveiti-hlífa hialldr-gods.

1) Ex circumſtantiis hiſtoriæ magis quam communi uſu loquendi ego hic verti med fióra per tribus, quartum numerum ſupplente ipſo poëta, qui loquitur. Ex cap. LXXIV. ineunte conſtat Egillum tres tantum ſuorum ſecum e Norvegia duxiſſe: & auctor mox adſerit (Thorfinnianis in comitatum junctis, & ſimul numerato ipſo Egillo duce, nam ita facere jubet vocula ſaman), eos fuiſſe VIII *una* vel *omnino*. Eadem ratione, med átta, in poſteriori parte carminis verti per *ſeptem*. Non enim dubito poëtam hic ſuorum, & per illa ſex & tólf hoſtium præſentem numerum deſignare; nec indefinite id dicere, quoteno comitatu et cum quot hoſtibus audeat dimicare, quod videtur ſentire G. Pauli, fióra & átta reddens IV. VIII, ut ad verbum ſonant, & in talibus loquendi modis communiter accipiuntur, in quibus ex regula uſu et ratione fundata numerus cardinalis notat omnes, quos deſignat vel præfert, duce excepto, ordinalis autem notat uno minus quam præfert, cuius locum dux ipſe ſupplet, quod ſemel adnotaſſe haud abs re viſum eſt, ſed poteſt hæc regula, ut omnes fere aliæ, ſuam habere exceptionem.

2) Þá er víxli, commutaturos ſc. vel auſuros, vel cum ſucceſſu G. Pauli. Prius non arbitror convenire, propterea quod fortitudo Egilli non ſatis nota erat inſidiatoribus: poſterius admitti poteſt, & capiendum *to* víxli in modo potentiali pro kunni víxla, atque in ſenſu proxime conjungendum cum rodnum, ut non tam neget poëta, aduerſarios ſecum dimicare, quam gladios ſuo & ſociorum ſanguine tingere poſſe, occidendo vel ſaltem vulnerando. G. M. Víxli, vígſl vel víxl eſt quod latini *vicem* dicunt, á vígſl *viciſſim per vices*, at vígſla, *commutare* e. g. merces. Vígſladr heſtr, *equus, cuius commutantur inter currendum crura, et ſe inuicem impediunt.* Hic vígſla ſverdum eſt *alternare enſes partirique ictibus ictus*, nec forte inconvenienter vígſl & vígſla a víg, *pugna* deriuaueris, dicto reſpectu. Víg, a verbo ek veg, libro, attollo. G. Pauli. Juvat huc adtuliſſe locum Virgilii ex Æneid. II. verſ. 432-33.

Teſtor in occaſu veſtro, nec tela, nec ullas
Vitaviſſe vices Danaum, ...

þá VIII. ſaman, ok *c*) er þeir komu þar er ſátin var fyri, þá ſá þeir þar menn.

tumque numero erant VIII. Ubi autem ad locum inſidiis occupatum veniebant, homines A. C. 944.

ubi Seruius *vices*, pugnas, interpretatur, improbante quidem Taubmanno, ſed nihilo melius per *vulnera* aut *pericula mutua vices* exponente G. M.

3) hveiti hlífa pro hvítra hlífa. Hveiti, *triticum*, ſine dubio a hvítr, *albus*, ob colorem talem formatum eſt; et ea vox veriſimiliter a primo nihil aliud quam *albedinem*, *candorem*, ſonat. Candidos clypeos olim in magno uſu fuiſſe conſtat ex Hornklofii poëtæ carmine apud Snorrium Tom. I. de prælio Hafursfiordenſi: Hladnir voru þeir hölda Ok hvítra ſkialda: *Onerata erant* (navigia) *viris et albis clypeis.* Et ex Sighvati poëtæ Nefia-víſum *Carminibus Neſianis* ſiue de prælio Olavi Sancti cum Sveine comite: Öld vann oſſa ſkiölldu, Audſætt var þat rauda Heim þa er hvítir kómu Hríng-midlöndum þíngat: *Homines fecerunt noſtros clypeos, perſpicuum id erat, rubros Domum* (geſtari) *qui albi venerant Annulosi impertientibus illuc.* Utcunque hæc ſunt, interea venit in mentem, numne Egillus hveiti hialdr-gods ponere hic potuerit pro bellatoribus cædi devotis vel fato vicinis, quaſi diceret: *triticeam ſegetem Odinianam meſſi maturam*; licet quoque *triticum* in hac interpretatione pro quauis matura capere. In hanc opinionem me induxit haud multum diſſimile fragmentum carminis Thiodolfi, Arnori filii, exſtans in Eddæ ſupplemento, quod in membr. Reg. & Worm. deſideratur. Ita ergo egregius ille poëta (ſine dubio de domino ſuo et patrono Haraldo Sigurdi filio) ibi canit:

Vill at vexti belli
Val-bygg Haraldr yggiar.

Val-bygg, *hordeum lectum*, vel *peregrinum*, habetur in Eddæ nomenclaturis ſegetum; eſt adeo ſenſus diſtichi: *Haraldus vult, ut ſtrages matureſcat*, aut *gliſcat.*

4) at ſamtogi ſverda, *in pugna*, ita & in Kráku-málum. G Pauli. Etiam obuium in Orms-þætti, cantione cygnea Asbiörni animoſi. Certum eſt ſamtog ſverda *pugnam* denotare, ſed non ita promtum mihi quidem eſt rationem reddere, cur eam denotet. At toga, eſt *ducere*, *trahere*, at teygia, hinc paullum variatum, *ductare*, *elicere*, *exſerere*, *extendere*, *protendere.* Ab alterutro horum mihi in re ambigua nomen verbale eſt tog, unde ſamtog, *ſimultaneus ductus, communis, mutua exſertio, protenſio*; ſamtog ſverda *gladiorum* dimicatio, conflictus. Promptum quoque erat vertere ſamtog ſverda, *gladiorum colliſionem*, *conſertionem*, *commiſſionem*, *commercium.* Sed quo id nitatur fundamento, mihi non ſatis conſtat.

5) Svartbrúnum mer, ita ſvartbrúnum ſiónum, dixit de ſe ſupra pag 407.

c) fóru nú á veginn lengi, (um veginn fram. Hol. J.) ok verda videcki varir, þá mælti

A. C. 944. menn. En þeir húskarlar Armódar er þar sátu sá, at þar fóru VIII. menn, ok þótti þeim ser ecki færi til at ráda leynduz þá í brott á skóginn. En er þeir Egill komu þar sem *) niósnarmenn höfdu verit, þá sá þeir, at eigi var allt fridr. Þá mælti Egill, at þeir Þórsinnr skylldu aptr fara, enn þeir budu at fara lengra. Egill vilddi þat eigi, ok bad þá fara heim, ok þeir gerdu sua ok hurfu aptr. Enn þeir Egill helldu fram ferdinni ok voru þá IV. saman. Ok er áleid daginn urdu þeir Egill varir vid, at þar *d*) voru VI menn á skóginum, ok þóttuz vita at þar mundu vera húskarlar Armódar. *e*) Niósnarmenn hliópu upp ok redu at þeim, enn þeir ímót, ok *f*) vard sá fundr þeirra at Egill felldi II menn, en hinir er eptir voru hliópu

mines ibi conſpiciunt. Operarii autem Armodi illic ſubſidentes, viſa caterua VIII. hominum, quæ illac ſe inferebat, adgreſſionem ſibi opportunam non eſſe rati, clam ſe in ſyluam ſubduxere: Egillus autem et comites prouecti ad locum, quem ſpeculatores inſederant, omnia ſatis tranquilla non eſſe intelligebant. Tunc Egillus propoſuit, ut Thorſinnus et ſui reverterentur: Illi ulterius pergere pollicebantur, quod recuſans Egillus domum eos ire iuſſit, atque illi ita facientes reuerſi ſunt. Egillus vero et ſui gregales, tum omnino IV. iter perſeuerarunt. Ceterum die declinante ſentiebant homines VI. in ſylua eſſe, quos non dubitabant Armodi eſſe domeſticos. Speculatores exſilientes incurſionem in eos faciunt, et hi contra ad reſiſtendum ſe comparant. Eorum congreſſus talis euenit, ut duobus ab Egillo occiſis reliqui in ſyluam ſe abriperent. Poſtea

Egill, at þeir Þ rfinnr sk. aptrhverfa (snúa Jör.) ok kvad vid öngu mundu hætt vera. en þeir Egill hallda fram ferd sinni &c. *diu pergebant prorſum nihil (hoſtile) animaduertentes, tunc iuſſit Egillus Thorſinnum reuerti nihil periculi futurum aſſerens, at ipſe cum ſuis perſeueraret* &c. Jör. Hol. J.

*) niósnirnar. Hrapp. eod. senſu.

d) hlaupa 6 menn úr skóginum, ok sækia at þeim, ok vard fundr þeirra skammr, drapp Egill þar IV menn, en hinir &c. *procurrere VI homines et ſeſe inuadere; eorum concurſus breuis euenit, Egillus ibi IV. homines cecidit etc.* Hol.

e) ok er minst von var, þá hlaupa upp húskarlar ok at þeim, *et punctto temporis maxime inſperato ſurgentes operarii in eos irruunt* Jör.

f) var fundr þeirra hardr ok skammr. þar feldi Egilli II men, *eorum certamen ſæuum et breue extitit. Egillus ibi* &c. Jör.

pu þá í ſkóginn Síðan fóru þeir Egill ſína leið ok gerðiz þá ecki til tíðenda, áðr þeir komu af ſkóginum, ok tóku giſtíng við ſkóginn at bonda þeſs er *g*) Álfr hét ok var kallaðr Álfr enn auðgi. Hann var maðr gamall ok auðigr at fe, *h*) maðr *i*) einrænn ſua at hann mátti ecki hafa hión með ſer nema fáein. Góðar viðtaukur hafði Egill þar, ok var Álfr *k*) við hann málrettin. Spurði *l*) Egill margra tíðenda, en Álfr ſagði ſlíkt er hann ſpurði. Þeir ræddu fiezt um jarlinn ock um ſendimenn Noregs konúngs þá er fyrr hófðu farit auſtr þángat at heimta ſkatt. *m*) Álfr var engi vinr jarls í rædum ſínom.

ſtea Egillus et ſodales iter inſtitutum proceſſere, nulla re notabili incidente, prius quam ſyluam emenſi diverterent ad ruſticum ſyluæ accolam, qui Alfus appellabatur, cognomento opulentus. Is erat grandis natu et pecunioſus, homo ſingulari ingenio præditus, moroſus adeo ut non niſi pauculos ſecum habere poſſet domeſticos. Egillus (tamen) ibi liberaliter exceptus eſt, et hospes ei ſe præbebat adſabilem (familiariter garrulum), multaque ſciſcitanti, quæ requirebat, narrauit. Plurimum ſermonis habuere de Comite, et de legatis Norvegiæ regis eo prius in orientem miſſis tributi exigendi cauſa. Alfus in ſuis ſermonibus Comiti nihil fauebat. A. C. 944.

LXXVI. Cap.
EGILL HEIMTI SKATT.

Egill bioz ſnemma um morgininn til farar ok þeir faurunaútar, en at ſkilnadi

LXXVI. Cap.
EGILLUS TRIBUTUM EXEGIT.

Poſtridie cum prima luce Egillus et itineris ſocii ad abeundum ſe comparant. In diſceſſu autem amiculum hirſutum Alfo muneri

g) Ulfr. Hol. Ölver J. P. Paulo ante þeim, pro þeſs. Hrapp. corrupte.

h) en þó var hann nockut einrænn, ſva at &c. *moroſulus tamen, ita ut* &c. Jör.

i) einþykkr idem Hol. J. P.

k) mál-reitinn, (quod hodie nobis ſkraf-rætinn) idem Hol. Hrapp. J. P. mál-reifr, *ſermone alacer, hilaris* Jör.

l) ſpurði hann Egil margra &c. *rogitabat Egillum multa.* Jör. Hol. J.

m) það fann Egill (bratt Jör.), at Alfr var &c. *intellexit Alfum nihil fauere* &c. iid.

n) lod-kápu, ok bad hann vináttu, *rogam villoſam et eius amicitiam ſibi expetiit.* Hol. P.

A. C. 944. di gaf Egill Álfi *n*) lod-ólpu. Álfr tók þackſamliga vid giófinni *o*) ok má her gera mer af lodkápu, ok bad Egil þar koma til ſín er han færi aptr, ſkilduz þeir *p*) vinir ok fór Egill ferdar ſinnar, ok kom aptan dags til hirdar jarlsins Arnvidar, ok feck þar allgódar vidtaukur var *q*) þeim faurunautom ſkipat næzt aundvegisſmanni. Ok er þeir Egill höfdu þar verit um nótt, þá bera þeim upp erendi ſín vit jarlinn ok ordſending konungs or Noregi, ok ſegia, at han vill hafa ſkatt þann allan af Vermalandi, ſem ádr hefer eptir ſtadit ſídan Arnvidr var þar ifirſettr. Jarlinn ſegir, at han hefdi af hóndum greitt allan ſkatt ok *r*) fengit í hendr ſendimönnum konúngs, enn eigi veit ek, hvat þeir *s*) hafa ſídan vid giört, hvart þeir hafa *t*) fingit konúngi eda hafa þeir *u*) hlaúpiz af landi á brott med. Enn *x*) þuí at þer berit ſannar jartegnir *y*) at konúngr hefir ydr ſent, þá

neri dedit Egillus; quod donum ille cum gratæ mentis ſignificatione accipiens, hinc mihi, inquit, formari poteſt abolla villoſa; orauitque Egillum, ut in reditu eo ad ſe veniret. Diſjuncti ſunt cum mutua benevolentia. Egillus iter ſuum perſequutus veſpere diei ad aulam Comitis Arnvidi pervenit, ubi exceptus eſt prolixe, locusque iis deſignatus proxime ſedis primariæ inferioris ſeſſorem. Nocte (una) illic transacta, Egillus et ſocii coram Comite exponunt momenta itineris ſui et mandata Norvegiæ regis; dicuntque illum poſtulare omne id tributum e Vermia, quod antehac reſiduum ſit, ex quo illi prouinciæ impoſitus fuerat Arnvidus. Comes adſeruit ſeſe omne tributum exſoluiſſe, atque regiis legatis in manus tradidiſſe; at ignoro (inquit) quid illi poſt hæc, fecerint, regine reddiderint, an cum tributo ſeſe in regiones exteras abripuerint. Quando vero quidem vos certas adſertis teſſeras, quod rex vos legauerit, expediam vecti-

gal

o) ok bad Egil &c. excluſo, quod intercedit iid. Jör.

p) med vináttu Jör.

q) Egli, Egillo. Hol. P.

r) ſellt í hendur, idem Jör. Hol.

s) giöra vid ſídan, in præſenti. Hol.

t) færa, pro, hafa fingit, idem, temp. præſ. Hol.

u) hlaupit, Hrapp. alterum eſt formæ mediæ, a prima indicatiui præſentis, ek hleypit || annat vid giört, aliud quidquam eo fecerint. Hol.

x) ita diviſim Membr. med þvi Hol. fyri þvi Jör.

y) hanns til ſkattheimtu, þá mun (má P.) ek greida þer ſkáttinn, *eius ad tributi exactionem tibi vectigal expendam (licet)* Hol. P.

Þá mun ek greida ſkatt þann allan ſem han á at rettu, ok fá ydr í hönd, en eigi vil ek ábyrgiaz ſíðan z) hverneg ydr ferſt med. Dveliaz þeir Egill þar um hríd. En ádr Egill færi í brott greidir jarl þeim ſkattinn, var þatt þ) ſumt i ſilfri, ſumt í grá-vöru. Ok er þeir Egill voru búnir þá æ) fóru þeir aptr á leid. Segir Egill jarli at ſkilnadi þeirra. Nú munu ver færa konúngi ſkatt þenna er ver höfum vidtekit, en þat ſkalltu vita jarl, at þetta er fe miklu minna enn konúngr þickiz her eiga, ok er þat þo ecki talit er honum mun þickia at þer eigit at giallda a) aptr ſendimenn hans manngiölldum, þá er menn kalla at þer munut hafa drepa láted. Jarl ſegir at þat var eigi ſatt. Skilduz þeir at þeſſu. Ok er Egill var á brottu, þá kalladi jarl til ſín brædr II. er hvartveggi het Ulfr. Han mælti ſva: Egill ſiá hinn mikli er her var um hríd ætla ek at oſs muni

gal illud totum quod jure ad illum pertinet, vobisque in manum dabo, at nolo præſtare poſtea, quomodocunque vobis cedat deportatio. Egillus et ſodales aliquantisper ibi quieuere. Ante vero quam diſcederent, vectigal iis exſoluit Comes, partim argento, partim griſea merce (pellibus pretioſis). Illi, ut parati erant, reddiderunt ſe in viam. Egillus autem Comiti in ipſo diſceſſionis articulo (ita) loquutus eſt: Nos ergo hoc vectigal adportabimus regi, quale accepimus; at ſcias, Comes! hanc pecuniam multo minorem eſſe ea, quam rex hinc ſibi pendendam eſſe judicat: atqui id in hanc rationem non venit, quod ille cenſet, credo, te debere mulctam homicidii pendere pro eius legatis, te auctore, ut vulgo prædicant (autumant), interfectis. Comes negauit id verum eſſe. Atque ita disjuncti ſunt. Poſtquam autem diſceſſerat Egillus, Comes duo fratres, quorum uterque Ulfus adpellabatur, ad ſe arceſſiuit, atque ita loquutus eſt: Egillus iſte ingens, qui hic modo erat aliquam- A. C. 944.

x) han kemr i ydar hendur, hvern veg &c. *poſtquam in veſtras venit manus etc.* Hol.

þ) meſt gull ok ſylfr (í gulli ok ſylfri. J. P.) en ſumt í gr. v., maximam partem auro et argento, aliquam partem gr. m. Hol. J. P.

æ) geck Egill fyri Jarl ok mælti, *coram Comite ſe ſiſtebat* E. *et fatus eſt.* Jör. mælti E. til Jarls, Egillus ad comitem locutus eſt. Fóru — á leid, quod textus injicit, prolepſis quædam eſt vel prothyſteron.

a) eptir menn hans níd-giölld (ſendimenn konúngs níd-giöldum Jör.) Fortaſſe níd-giöld (nídgiöldum) legendum ſit per *i* grave ɔ: *nefariæ cædis (proditionis) mulctam* &c. Hol. Jör.

A. C. 944. muni all óþarfr er han kemr til konúngs, megum ver af því marka hverneg han mun bera *b*) fyri konúng várt mál, er han iós slíku *c*) í augu oss upp, afröku konúngsmanna. Nú skulu þíd fara eptir þeim ok drepa þá alla ok láta þá ecki bera *d*) róg þetta fyri konúng, þikki mer þat radligaz at *e*) er sætid þeim á Eida-skógi. Hafit med ydr menn sva marga, at þat se víst at engi þeirra komiz undan en þer fáet ecki *f*) mannspell af þeim. Nú búaz þeir brædr til ferdar, ok höfdu XXX manna *g*), fóru þeir á skóginn ok kunnu þeir þar hvern stig fyri, heldu þeir þá nióst um ferd Egils. Á skóginum voru tvennar leidir var önnur at fara ifir ás nockurn, ok var þar klif bratt ok einstigi ifir at fara, *h*) var sú leidin skemri. En önnur var fyri framan áfinn at fára ok voru

quamdiu, vereor ne nobis valde infestus (noxius) futurus sit, ubi venerit ad regem: ex eo colligere possumus, quo pacto apud regem enarraturus (edicturus) sit nostram causam, quod tale (probrum) in os nobis effudit (ingessit), hominum regiorum necem. Nunc ergo insequuti istos ad unum omnes interficite, neque permittite, ut hanc calumniam ad regem apportent: consultissimum arbitror, ut iis insidiemini in Saltu Eidensi: manum habete vobiscum ita numerosam, ut certum sit eorum euadere posse neminem, vobis autem (vicissim) nullam ab iis cladem illatum iri. Jamque fratres ad iter se expediunt XXX. virorum caterua succincti, et in saltum proficiscuntur, ubi omnium erant collium guari. Inde iter Egilli speculantur. In sylva duo (omnino) erant itinera: uno transeundum erat per jugum quoddam, cliuo petroso arduo et singulari semita adscensum præbens, idque iter erat compendiosius: Alterum ducebat ante caput jugi, magnis impeditum

b) bera (túlka H.) vort mál fyri konúngi (*peroraturus sit*) *coram rege*. Hol. J.

c) upp í augu mer, at ver mundum hafa tekit af lífi sendimenn konúngs ok myrda, *in os mihi — nos clandestina cæde e medio sustulisse*. legg. reg. Jör. || slíkt sem han mælti í augu oss upp, at ek mundi tekit hafa kóngs menn, ok myrda, *talia atque (qui) nobis in os dixit, me excepisse*. legg. reg. *& clam occidisse*, pro, er han jós, usque ad nú. Hol. J. P.

d) róg þenna, nouitie in gen. male omnes præter membr. a. Hrapp. jör.

e) sitied fyri þeim, idem jör.

f) mann-skada jör.

g) velvapnadra, *bene armatorum*. add. Jör.

h) ok fátu XV &c. Hrapp. intermedia transsiliens.

voru þar fen ſtór ok *i*) höggnar á lágir ok var þar ok einſtigi ifir at fara *k*), ok látu XV. í hvárom ſtad.

tum paludibus; iis arbores cæſæ et ramis truncatæ (aſcia aptatæ) impoſitæ erant prò ponticulis, ibi quoque trauſitus erat ſingularis (via ſolitaria). Iſta itinera inſedere comitis emiſſarii ſingula ſinguli XV. A. C. 944.

XXVII. Cap.
ÞEIR EGILL DRÁPU HÁLFAN ÞRIDIA TUG MANNA.

* Ita, nimirum græco vocabulo, neſcio an ulli ante me adhibito, libuit mihi reddere illud Stein-ódi. Hoc autem latine valet: in lapides vel ſaxa furens ɔ: tam vehemens, ſeu, ut Catulli verbo utar, veſaniens, ut ſaxa de terra ſublata per aëra jaciat. Steinódr Lægi, memini videre in verſu quodam priſco, ubi flamma ne ignis an æſtus maris ſignificetur, non habeo dicere, cum neque ubi extet verſus, neque ex eo plura, memoriæ nunc occurrant. Certius fuerit huc advocare graviſſimum auctorem Theodolfum

Þegar reid han at leita *r*) líkana. Han fann *s*) rett lík Bödvars, tók hann þat upp ok ſetti i kne ſer ok reid med *t*) út i Digranes til *) haúgs Skallagríms. *u*) han let þá opna haúginn, ok lagdi Bödvar þar nidr hiá Skallagrimi: var ſídan aptur lokinn haúgúrinn ok var eige fyrr lokit enn um Dagſetrs ſkeid. Eptir þat reid Egill heim til Borgar, ok er han kom heim; þá geck hann þegar til lokreckiu þeirrar er han var vanr at ſofa í: han lagdiz nidr ok ſkaút *x*) fyri loku. engi þordi at *y*) krefia han máls. Enn ſva er ſagt, þá er þeir ſettu Bödvar

*hunc caſum audiit et ſimul equitabat quæſitum corpora. Ille *) porrectum invenit corpus Bödvarii, quod ſuſceptum, genibusque ſuis inpoſitum, in Digraneſum euexit ad tumulum Skalla-Grimi. Tunc aperiri fecit tumulum, et Bödvarum ibi apud Skallagrimum compoſuit; deinde clauſus eſt tumulus, neque prius, quam circa deceſſum diei confectum negotium. Poſtea Borgam domum reuectus eſt, quo veniens, ilico acceſſit cubile clauſum in quo dormire ſolitus; et decumbens, ſori poſſulum objecit. Nemo auſus eſt verba eum poſtulare (eum adpellare). Ita autem fertur, cum Bödvarum* A. C. 946.

tumu-

de Hvine, apud Snorronem in vita Haraldi Pulchricomi, qui vates de mari tempeſtuoſo cecinit. Verpr Geitis-vegr grióti o: *Geiteri via (mare) jactat ſaxa*; cæterum, quod attinet ad illud Ode variatum ab Odr, adj. in compoſito Subſt. Steinódi, conferri poteſt illud Varronis in Marcipore, ubi violenti aquilones appellantur: Phrenetici ſeptentrionis filii.

r) Ita Membr. plenis literis. Cæteri líkanna vulgate

s) rett, add. Membr. A. K. M. ſoli.

t) upp *ſurſum*, Hol. P. J. vix recte.

*) haúkí, ex Holan. G. putida antiquitatis adfectatione.

u) Prodigioſe ſatis hæc narrant Jör. þá opnadizt haugurinn. Egill lagdi B. þar í hiá Skallagr. þá laukzt haugurinn aptr, *tum ſponte ſua aperiebatur tumulus. Egill B. eo intulit, ap. Skgr. tum tumulus iterum ſponte ſua operiebatur.*

x) loku fyri hurdina. Jör. quod in verſione expreſſi.

y) krefia hann, nie máls at krefia G. ex Holanis corrupte forte ad prius krefia excidit: upploks vel upploku foris apertionem || krefia hann til máls nie krefia hann til orda. Ex Holanis N. ingrata tautologia, ut opinor.

*) Conf. ut hanc verſionem capias pag. 396. n. 1. Poterat et verti *integrum illæſum*, ſed eum ſenſum non admittit vocabulum rettr, quod ſciam. Paullo melius verteretur aduerbialiter *recte* o: eo ipſo in loco, quo ejectum eſſe audierat.

A. C. 945. var nidr, at Egill var buinn, z) hofan var ſtreingd faſt at beini. han hafdi *) fuſtans kyrtil raudan þraúngvan upplítinn ok láz at ſídu, enn þat er ſögn manna at han þrútnadi ſva at kyrtillinn rifnadi af hönum, ok ſva hoſurnar, enn eptir um daginn let Egill ecki upp þ) lok-reckiuna, han hafdi þá ok engan mat ne dryck; lá han þar þann dag ok nóttina eptir. Eingi madr þordi æ) at mæla vid hann. Enn hinn þridia morgin þegar er lyſti þá let Asgerdr ſkióta heſti undir mann reid ſá ſem ákafligazt veſtr i Hiardarholt a) ok let ſegia Þorgerdi þeſſi tídindi öll ſaman, ok var þat um *) núnſkeid er han kom þar. Han ſagdi ok þat med, at Asgerdr hafdi ſent henne ord at koma ſem fyrſt ſudr til Borgar. Þor-

tumulo deponerent, amictus fuiſſe Egillus: caliga ad crus arcte erat adſtricta: utebatur autem tunica goſſypina rubra anguſta et ſuperne tenui, ab latere tæniis fibulata. Adeo autem ille intumuiſſe traditur, ut disrupta ſit ſuper corpus ei tunica uti et caligæ. Neque uero poſtero die lectum clauſum recluſit Egillus, neque tum cibo nec potu ullo uſus eſt. Sic ibi eum diem et noctem poſt decubuit; adloqui eum ſuſtinente nemine. Tertio autem mane, ſimul ac luceſceret, Asgerda equitem amandauit, qui curſu quam vehementiſſimo petiit Hiardarholtum occidentem verſus, Thorgerdæ hæc euenta uniuerſa narrare juſſus. Erat hora circiter tertia pomeridiana cum eo perueniebat. Ille præter cetera nunciauit, Asgerdam verba ei legaſſe, ut quam primum auſtrum verſus Borgam veniret. Thor-

z) de caliga ignorant, Hol. J.

*) Kyrtil, tantum Hol. J. Mox, ecki þraungvann, mavult J. *non anguſta*, forte non adeo inepte. Porro *upplítinn ok láz at ſíþu*. Omitt. Jör. Hol. J. et fateor me, non capere ſatis, quid illud, *lítinn*, hic ſonet aliud, quam *anguſtum*, ut alterutrum, *þraungvann*, aut, *lítinn*, ſit abundans. *Láz*, varie corrumpunt Traduces, nempe *Laxs* K. M. *Læſt* Hrapp. et *lá* L. quod iis facile ignoſcendum in voce parum nota. cfr. Specimen Gloſſ. ad T. 1. Eddæ Sæmundi, ſub voce *láſs*.

þ) hurdina. *forem.* Hol. P.

æ) hann málſ at krefia (kuedia) *ab eo eloquium poſtulare.* Ut ſupra Jör J. P. honum nær at koma, *eum propius accedere.* Hol.

a) at ſegia, (ok ſagdi) Þorgerdi (þ) t. oll. (jafnſaman add. Hol. J. *narrare (et narravit) omnia uno tenore (ordine)* Jör. Hol. J. in hisce contextus ex Membr. negligentior: han reid: — ok let ſegia: — han ſagdi ok þat med.

*) ita Membr. Cæteri, non, vulgate. Totum inciſum abeſt á Jör. Hol. J. P.

Þorgerdr let *) þegar ſödla ſer heſt; ok fylgdu henni 11 menn; ridu þau um qveldit ok nóttina. til þeſs er þau komu til Borgar. geck Þorgerdr þegar inn i eldahus. Asgerdr heilſadi henni ok ſpurdi, hvart *b*) þau hefdi náttverd eit. Þorgerdr ſegir hátt. *c*) engan hefi ek náttverd haft, ok engan mun ek fyrr enn at Freyiu. Kann ek mer *d*) eigi *e*) betri rád enn fadir minn; vil ek ecki lifa eptir faudur minn ok bródur. hun geck at lok-hvilunni ok kalladi, *f*) fadir *g*) lúk upp hurdunni. vil ek at vid farim eina leid bædi. Egill *h*) ſpretti frá lokunni. geck Þorgerdr *i*) upp í hvílugolfit ok *k*) let loku fyrir hurdina. lagdiz hon nidr i adra reckiu er þar var. Þá mælti Egill. vel giördir þú Dóttir, er þú vill fylgia fedr þínum, *l*) mikla áſt hefer þú ſýnt

Thorgerda extemplo equum ſibi ſterni jubet. duo illi adſciti comites. Ea die et nocte equitare pergunt, donec Borgam peruenisſent. Thorgerda ſtatim in culinam (hypocauſtum) introit. Asgerda eam ſalutat, et rogabat, an coenaſſent? Thorgerda ſublata voce dixit: nulla ego coena uſa ſum, neque utar ulla, priusquam apud Freyiam; melius mihi conſulere neſcio, quam (ſibi) pater meus; patri meo et fratri ſuperuiuere nolo. et cubile clauſum accedens clamat: Pater! aperi fores. volo nos ambo unam ire viam. Egillus obicem amouit. Thorgerda in lectiſtitium adſcendit, et foribus obdidit peſſulum, decubuitque in alium lectum, qui ibi erat. Tunc fatus eſt Egillus: Bene feciſti, gnata! cum comes ire vis patri tuo; magnum amorem oſten-

*) taka heſt ſinn, *adduci equum ſuum*, o: quo vehi ſolita. Hol. J.

b) hun hefdi nockut haft mat (hon hefdi lokit mat, *numquid illa cibi cepiſſet (coenam abſolviſſet)* Jör. Hol. J. P.

c) eigi hefi ek haft, ok eigi mun ek etc. omiſſo náttverd vel mat. Hol. hátt, modo ante male omitt. lid. et J.

d) negatio abeſt a Membr. et ſic poſſunt verba interrogatiue accipi: *an melius noui mihi conſulere, quam* etc.

e) betra rád, in num. ſing. Jör. betra ſid, *mores non noui melius patre.* Hol. P.

f) hátt, *elata voce.* add Hol. J P.

g) lát upp þú hurdina. Jör. illud, þá, vim inſtantis oſtendit.

h) ſpyrndi frá lokunni, *calce remouit, (excuſſit)* etc. Jör. let upp (frá) lokuna Hol. J. P.

i) þá í huſluna, *tum cubile intrauit.* Jör.

k) lauk aptr hurdina, ok let etc. *januam clauſit et* lid.

l) ok, *et* add. Jör. Hol. P. quod nihil opus.

ſýnt vid mik. hver van *m*) er, at ek muna lifa vilia vid harm þenna. Sidann þögdu þau um hríd. Þá mælti Egill. hvat er nú Dóttir. tyggr þu nú nockut. tygg ek ſaul ſegir hon *n*) þvíat ek ætla at mer muna þá verra, enn ádr. ætla ek ella at ek muna oflengi lifa. Er þat illt *o*) manni? ſegir Egill. *p*) all-illt ſagdi hon. *q*) villtu eta? *r*) hvat man varda, ſegir hann. *s*) enn ſtundo ſidar kalladi hon ok bad *t*) gefa ſer drecka. *u*) ſídann var henni gefit vatn at drecka. Þá mælti Egill.

oſtendiſti erga me. quæ ratio ſperandi eſt, quod cum hac jactura (plaga) velim viuere. Deinde aliquamdiu ſilent. Tunc Egillus loquutus eſt: Quid nunc eſt, filia? mandis tu nunc aliquid? Mando algam veſcam (ſacchariferam) inquit illa, ſic enim credo mihi pejus fore quam antea; alioquin vereor ne nimium diu viuam. An illud malum eſt homini? inquit Egillus. Valde malum, ait illa. vin' veſci? quid referet (obſtabit)? ait ille. Aliquanto autem poſt illa clamans popoſcit ſibi bibere dari. Deinde illi data eſt aqua

m) var (Þér, add. Hol.) til þeſs, ſegir hún, at ek mundi vilia lifa eptir þik, *quo pacto id cogitari potuit (cogitare potuiſti) inquit illa, me tibi ſuperuiuere velle.* Jör. Hol. Il hvers von var mer þeſs (þat) at ek mundi vilia lifa eptir þik (ok bródur minn add. P.) ſagdi Þorgerdur, *quid ſperare habebam tantum, ut vellem ſuperuiuere tibi (et fratri meo,) dixit Thorgerda* J. P. Nec dubium, quin hæc periodus in Contextu etiam tribuenda ſit Thorgerdæ, licet ejus perſona, quod ſæpe accidit in Membr. non interponatur.

n) þvíat ek mun ella of lengi lifva, *nam alioquin nimis diu viuam.* Hol. J. P. ellegar mun ek oft. vel Jör.

o) mjök, valde Jör.

p) illt víſt, *malum ſane.* Iepide ſatis Hol. J. P.

q) eda villtu eta af nockut, *numquid inde comedere vis?* Jör.

r) hvad vardar, ſagdi han, in præſenti modo. Hol. J. P.

s) þótt ek reyna, *ſi experiar.* add. Jör.

t) fá, (gefa) ſer vatn, at drecka, *adferri (præberi) ſibi aquam ad bibendum* Jör. Hol. J. P.

u) ok ſagdi ſik þyrſta mjök, *adfirmans ſe ſitire vehementer.* add. Hol. J. P. mox, henni var færdr dryckurinn, *illi allatus potus.* Jör.

Egill. *x*) ſlíkt giórir at er faulinn etr. Þyſtir æ þeſs at meirr, villtu dreeka *), fadir ſagdi hon. hann tók vid ok ſvalg *y*) ſtórum, ok var þat i Dyrshorni. Þá mællti Þorgerdur. Nú ero vid *z*) vællt. þetta er miólk. Þá þ) béyt Egill ſkard or hornino allt þat er tennur tóku, ok kaſtadi horninu ſídan. Þá mællti Þorgerdr, hvat ſkulo vid nú til ráds taka. lokit er nú þeſſi ætlan *æ*). Nú vilda ek fadir at vid leingdim líf ockart ſva at þu mættir yrkia erfi-qvædi eptir Bödvar, enn ek mun riſta *ö*) á kefli.

enn *aqua bibere. Tunc fotus eſt Egillus:* *) *"Hoc venit ex eo, quod ålga comeditur, ſititur usque tanto magis. Vis bibere, pater? dixit illa. Ille accepit potum, et magnis hauſtibus ingurgitauit: erat autem ille in cornu ferino (bubali). Tunc infit Thorgerda: Jam decepti ſumus: hoc eſt lac. Tum vero Egillus fruſtum de cornu mordicus adſcidit, quantum dentes quibant comprehendere (quo usque dentes pertingebant) et deinde cornu abjecit. Heic loquuta eſt Thorgerda: Quid nunc conſilii capiemus? actum eſt jam de hoc conſilio. Volo ergo, pater! ut noſtram producereмus vitam, ita ubi carmen funebre Bödvari*

x) ſlíkt fá þeir ed ſölin eta, *hoc nanciſcuntur alga veſcentes, ſitiunt tanto magis* Hrapp. Slíkt giörir at, er ſölin etr, G. quod corruptum ex textu videtur et illud er expungendum. Librarius non aduertit gerir, et, etr hic eſſe Impersonalia || Slíkt kaupiſt á er ſölin etr, *hoc pretii obtinetur (lucrum capitur) eſu algæ* Jör. Slíkt verdr af, er ſölin eta, *huc euadit res, cum algam comedunt* J.

*) Þá, *ergo* o: cum ex algæ eſu tanta ſequatur ſitis. G. N. forte reponendum: þó, tamen.

y) harla ſtórum, valde magnis. Hol. heldr ſtórum, *impendio majoribus* Jör.

z) ita Membr. inferto *i* vielut Hol. vælt, Jör. villt, *in errorem inducta* J. P. E.

þ) kaſtadi hann horninu, ok mælti: hvat ſkulu vid nú taka ráds. lokit — — fyrirætlan, *cornu abjicit et dixit: quid nunc cap. Conſilii* etc. Hol. ignorantes de parte cornu morſu ablata, uti etiam Jör. Þá kaſtadi hún horninu, ok m. *tum ea*, (Thorgerda) *cornu abj.* J. P.

æ) at vid munum ſ. ſkiótt deya, ut tam cito moriamur. add. Jör.

ö) eptir. add. Jör. unde ſenſus: *quod ego ore tuo excipiens (exceptum)* in Tab. ſc. Mox ſídan — ſyniſt, male abeſt ab Hol.

*) Hoc dictum Egilli, ſaltem prima ejus pars in prouerbium abiit, quod hodie nonnihil variatum ſic effertur: Slíkt fá þeir ſem ſölin eta, cæteris excluſis. et adplicatur

enn ſídan deyiu vid ef ockr ſýniz. *a*) ſeint ætla ek Þorſtein ſon Þinn yrkia *b*) qvædi eptir Bödvar, enn Þat *c*) lydir eig at han ſe eigi erfdr, *d*) Þvíat eigi ætla ek okkr ſitia at dryckiunni Þeirri at hann er erfdr. Egill ſegir. at Þat var Þá úvænt at hann mundi Þá yrkia mega *) Þótt hann leitadi vid. enn freiſta má ek Þeſs ſagdi hann. Egill hafdi Þá átt *e*) ſon er Gunnarr het, ok hafdi ſá ok andaz litlu ádr, *f*) ok er Þetta *g*) upphaf qvædis:

*poſſet condere, quod ego in Tabula ſculpam, at poſtea moriamur, ſi ita nobis videtur. Sero opinor Thorſteinem filium tuum Bödvaris memoriam carmine celebraturum; atqui nefas eſt, ei non parentari. *) Neque enim puto nos adſeſſuros in conuiuio illo, quod in ejus memoriam celebratur. Egillus dixit; id tum quidem non eſſe ſperandum, quod eo tempore carmina poſſet pangere, etſi conaretur; at experiri, id inquit, poſſum. Habuerat autem modo filium nomine Gunnarem, qui etiam mortem obierat paullo ante. Atque hoc eſt initium poëmatis:*

Sonar

Diffi-

ad incommodum alicunde neceſſario conſequens.

a) offeint, *nimium ſero.* Hol.

b) erfikvædi, nude, *Epicedium* vel *Epicedia.* Jör.

c) ſómir. Jör. dugir. Hol. J. idem. Þad lidr eingi, at hann ſie eigi erfdr, *nemo patitur, ei carmine non parentari*, Hrapp. corrupte ex illo, Þad lydir eigi, quod non intellexerunt ob demtam adſpirationem.

d) Þvíat, usque ad, er erfdr, non ſunt in Hol. Jör. Hrapp. J.

*) en freiſta má ek, at leita vid, *ſed periculum facere poſſum illud conandi.* Hol. haud ingrata tautologia in illis, freiſta, et, leita vid, ad difficultatem rei monſtrandam.

e) úngann, *parvulum.* add. Jör. Hol. J.

f) Egill ſettizt Þá upp, ok fór at kveda — *tunc Egillus a cervicali ſe leuans, canere incepit.* Hol. Sídan hóf Egill upp Kvædit, ok er Þetta Upphafit á — *deinde Egillus carmen orſus eſt, cui hoc eſt initium.* Jör.

g) Upphaf at. Hol. ll ante. ſo hliódandi *ita ſonans*, per Danismum Hrapp. pro: ok er Þetta Upphaf at.

*) Hæc periodus non bene in ſenſu cohæret præcedentibus; videtur autem eſſe ſententia. Epicedium tuum in honorem Bödvaris recitari ſane deberet in ejus parentalibus, licet nos ipſi illa non celebremus præſentes; ſive quod moriendi conſilium ante impleuerimus, ſive quod adeſſe non ſuſtineamus ob luctus magnitudinem.

b) Sonar Torrek.

I.

Miök *i*) crom tregt
Túngu at hræra
Edr

Difficultas 1) *ex Filiali orbitate, ſiue Jactura filii.*

Verſ. I.

Valde difficile eſt mihi
Linguam mouere
Aut

b) Ita vulgare nomen eſt hujus Poëmatis, quod cum Gunnare Pauli retinendum, cum in priore *Nominis* parte conſentiant Libri plurimi in Varietatibus Lectionum ad ipſum Contextum Hiſtoricum, infra adducendis. Sona-Torrek, *in pl.* i. e. *filiorum* — legit *Thorarinus Sigvaldi Liiendal* in *Epitome Gloſſarii P. Widalini*, *voce* Torrek; atque idem eſt in *Collectione Carminum aliquot Vett.* quam *Theodorus Thorotti*, nobis impertiuit. Collectio quæ in *Varietatibus Noſtri poëmatis* vocatur *Th.* uti et in I. i. e. vetuſto Exemplare ad collationem commodato a Viro S. Venerabili, *Johanne Finnæo*, Epiſcopo Skalholtenſi. Id Exemplar etiam continet *Fragmentum Arinbiarnar-Drápæ*, aliquanto plenius unico illo, quod in *A. Magnæi Bibliotheca* ſupereſt, illarum Librorum *E.* Hiſtoriæ noſtræ. *Sona Torrek* deniq e praferunt *Jör.* in quibus ſolis, inter omnes A. Magnæi Bibliothecæ Codices *Egils-Sagæ*, qui ad hanc Hiſtoriam edendam adhibiti ſunt, præſens Oda quaeiscu que extat, et inde probabiliter tradita eſt in *S.* ſive Libro Perilluſtris Sulmii; nam quæ in hoc occurrunt Varietates pauculæ, Librarii culpa videri poſſunt intepſiſſe. Mirum autem eſt, nullum exiſtere Exemplar hujus Odæ ſeparatum ſive in copioſa Legati A. Magnæani Bibliotheca, ſive in privatis pluteis. Ea Exemplarium paucitas, ex obſcuritate Odæ, tam in rebus quam in verbis, hinc inde incidente, probabiliter arceſſitur. Liber Impreſſus Hrappſeyenſis Odam continet, atque in ea usque ad putiditatem archaïzat, cum alias nimium quantum in ſcriptione novaturiat. G. Pauli Varietates attulit, in ſuo, ut opinor, Exemplari, haud ſane contemnendo, quod indigitatur Lit. *P.*

i) Ita Membr. a et E. G. L. Th. Sed er um diuiſim Cæteri et G Pauli, ubi *um* πάρελκον nihil ſignificans.

1) Torrek, *vox inſolens hodie, ſed olim non item, aliquoties enim in vetuſtis monumentis occurrit: ſimpliciſſime accipi videtur pro damno vel jactura, et ita Biörnus ab Skardsá accepit in ſuo Gloſſariolo Legum.* J. Olavius Grunnauicenſis in magno ſuo Lexico, *vertit* Sona-Torrek *per* amiſſio filiorum; *exponit autem* Torrek, *per*, difficilis negotii exſecutio; et *ducit vocem ſ. poſteriorem ejus partem*, exſequi negotium. *De hac originatione conſentit* J. Olauius Hypnoneſius, in Gloſſario Diatribes: *Conſulendus quoque de ejus notione* Th. S. Li-

k) Edr *l)* loptvægi
m) Lióð pundara.
Era nú *n)* vænligt
*) Um vidris *o)* Þýfi.
Ne

2) *Aut aërium libramentum*
Vocalis (vel poëticæ) trutinæ.
Nunc non eſt ſperabile.
Odini furtum (Poëſis);
Neque

liendal in Gloſſario Ll. contracto, *inferto* Script. Societ. Lit. Isl. *ubi plures adferuntur ſignificationes* Vocis *probabiles.* G. Pauli *vertit* Sonar Torrek *per*, difficultas filialis, *quod videri poteſt nimis ambiguum, nam quid eſt* difficultas filialis? Annotatio hæc eſt: Torrek, malum difficulter depellendum, *a verbo* eg rek, *pello, depello, et præpoſit. inſeparab.* Tor, *quæ eadem eſt ac* Gr. δυς. Torrek *dicitur in* Arna Biſk. Saga annonæ caritas cum aëris inclementia. || Torrek *ſimpliciter et primario* eſt res intricata, implicita, impedita, nodus, tricæ; *quatenus* at rekia, *certe* at rekia upp, rekia í ſundr, *notat* explicare, euoluere. *Fieri etiam poteſt, quod* Sónar *legendum ſit pro* Sonar. Són *eſt* expiatio, ſatisfactio; ergo Sónar Torrek *foret* ſatisfactionis, expiationis, vindictæ, difficultas, *ſc. de morte filii, quod queritur* Poeta *ipſe in* Carmine, Vers VIII. et IX. *Hoc de* Titulo. *Sed* Ode *ipſa adfectum* Poetæ *animum ad oculum monſtrat; eſt enim perturbata in ſenſu et confuſa, ſicuti nimirum animus* Poetæ *erat, cum eam conderet. Eædem querelæ ſæpius iterantur. Sententiæ interdum male cohærent: Cujus ultimi cauſa, an arceſſenda ſit ab adfectu* Poetæ, *an ex defectu in* Libris *hodierno, haud liquido dicendum.*

k) Ita multi Libri, ſed fortaſſe reponendum eſt ne *neque*, ex circumſtantiis in Contextu. || or, pro úr *ex*, Quidam Libri inter quos Mbr. a. nullo commodo ſenſu.

l) loptætt, *regio aërea*, ſatis contortim. Mbr. a. *E. G. L.* lióð eit, *una cantilena. H. N.* ſuſpectum.

m) lióð prúdara, *carmen ſpeciosius* ſive, ut G. Pauli vult, *pulchrius ſonans* aut *pangens*, quam ſcilicet facile mouetur lingua (et ille quidem legit lióð-prúdara, una voce). Mbr. a. *E. L. inepte.* lióð vaddara, Mbr. b. G. H. *unde G. Pauli reſtituit* vandara, *magis elaboratum.*

n) vænt, Mbr. a. *E. N. idem, non improbante* G. Pauli. Vant *H. abſurde.*

*) Or Vidurs Þyfi Mbr. a. *male illud* Or, *ſed* Vidurs *procedit.*

o) fengi, *præda, lucrum, exponente* G. Pauli, (*ſed incertum eſt, an illud fengi hic ſit neutrius generis, an maſculini*). Mbr. b. *E. G.*

2) Lopt-vægi *a verbo* at vega, *librare, ponderare.* Jafnvægi, *et* Jafnvegi, *æquale pondus. G. Pauli.*

Ne *p*) hóg-drægt
Or *q*) hugar *r*) fylſkni.

II.

Era *s*) and-þeyſt.
t) Því at ecki velldr
Havfugligr
Ur *tt*) hyggiu-ſtad
u) Þagna fundr

Neque facile protractu
Ex animi 3) *latebra.*

II.

Mon eſt facile occurrere 4)
Eo non valet 5) *exire*
Graue (*Languidum*, *lentum*)
Ex animi ſede
Tacitum inuentum (*lucrum*)

Þrig- *Odine*

p) hugar-hægt, *animo commodum*, *N. inepte.*

q) hyggiu *N. idem.*

r) fylſkiu, *D. deprauate.* fylſnom, *Hrapp. in Plurali.*

s) *Ita omnes* Libri; *ſed* G. Pauli *mutauit in* audþe ſt, *quod diceret ſe non bene intelligere* illud alterum. Audþeyſt, *inquit a Verbo* eg þys [þyſs *recius* G. M.] þuſa, þeyſi, (unde þeyſi reid, concitata equitatio) feſtino, rno. *Hæc Ille.* At þeyſa *apud Veteres interdum tranſitiue ſ. actiue ſignificat, quemadmodum apud* Noſtrum *ſupra:* Sidan þeyſti Egill upp úr ſer ſpyiu mikla, *et in* Sverris Saga, Cap. CLVI. Þá þeyſti hann lid ſitt at þeym fram, o: *cum vi et impetu duxit copias* etc. *Adeo* ek þyſs *et* ek þeyſi *non ſunt omnino Synonyma, quod velle videtur.*

t) *Ita diuiſim, ubi* at *eſt παρελκον nihil ſignificans, et* Því *Pronomen in Dandi Caſu; Cum* Libri *omnes et* G. Pauli *præferant* Þviat, *nam, una voce. Mox* er *pro* ecki *habet* Th. *ſenſu nullo.* G. Pauli *cepit to* ekki *pro Nomine, et duas haſce Strophas interpretetur ſic:* Non facile protruditur, *ſingultus, mœror,* ente; *annotat autem* ecki, ſingultu impedi *unde* eckia (Dan. Enke) vidica. *ερμηνευτικως.*

tt) hugarſtad, *idem*, *P. ſed* hyggiu- *exquiſitius.*

u) *Hæc eſt omnium Librorum lectio, ſed* G. Pauli *repoſuit de ſuo ingenio* fagna fundr, *gaudentium conuentus uſitate; et pergit: forte* fánga fundr, *præda, lucrum, raptum euentum. Intelligitur autem* Poëſis.

3) *Cùm* furtum *præmiſit, bene ſubdidit Latebram.*

4) *Sive* reſiſtere malo incumbenti, *nempe mœrori ex obitu Filii. Eſt et, ut* andþeiſt *ſonare poſſit reſpirandi vel ſpiritum ducendi facultatem.*

5) *Subaud.* at komazt *vel* fara, út. *Ita quoque Synonymum hujus Verbi adhibetur in* Olafs Helga Saga Thomasſkinnæ, *de* Háreko *a* Thiótta: Hárekr qvadzt eigi *mega* ſua lánga leid.

(*x* Þriggia nidia	6) *Odine propinquorum,*
Ár-borinn	*Olim ablatum*
Úr jötun-heimum.	*Ex Jötun-heimis.*
III.	III.
y) Laſtalauſs	*Inculpatus* 7)
Er *z*) lifnadi	*Qui* 8) *vixit*
An	*Sine*

x) G. Pauli *ſubſtituit:* Friggiar, *manifeſte, ut ait, poſtulante ſenſu ac metro. Deinde pro* nidia *in parentheſi adpoſuit* gnidia. Friggiar nidia vel gnidia, *vertit.* Friggæ *mariti* (Odini). *Illud* gnidia *obſcoenum olet, non enim aliud poteſt verbo tenus eſſe, quam* Subagitator mulieris. *De cætero hiſce Conjecturis nihil erat opus, etſi* Nidr de Conjuge *dici poſſe non abnuerim.*

y) Laſtalauſt, Adverb. *inculpate, ſine crimine S.* Liſtalauſs, *iners, rudis. Hrapp. cui lectioni quadam tenus fauet* Edda Snorrii. Laſtalauſer, *in* Pl. *Th., nullo commodo ſenſu.* Loſtalauſt, *G. Pauli ex ſuo ingenio, cujus explicationem videbimus Stroph.* ſequ.

z) Lifnadr á, *vita aut vitam adeptus in* etc. *Th., quod haud facile conciliatur cum cæteris.* lifandi, *G. Pauli, ex conjectura, et vertit hanc et præcedentem Stropham. Nullam capit voluptatem viuus* (ego Poëta) etc.

6) Þriggia *hic eſt Genit.* Sing. *a* Nominat. Þriggi, *quod pro* Odini Nomine *accipio etſi in* Edda, *qualem hodie habemus, non exſtat, ſed* Þridi, *ejusdem Nomen exſtat ſane, haud ſecus ac* Tveggi, *quæ orta ſunt a triplici illa Perſona, quam* Harr, *Celſus* o: Odinus *repræſentauit in Colloquio cum Gyluio Rege.* Nidiar *ſunt qualicunque neceſſitudine juncti, ſiue Sanguinis ſiue Adfinitatis ſiue Amiciziæ. Ergo* Þriggia Nidiar *hic erunt* Aſi, *qui etſi Medum Poëticum ipſi non acquiſiuerunt* (*nam* Odinus *Eum ab* Suttungo *furatus eſt, unde ille Medus, hic* Þagnafundr *et ſupra* Þyfi, *apellatur*), *tamen ſine dubio utilitatem inde perceperunt.*

7) *Tale Epitheton Gigantibus aliquoties tribuit Heſiodus* et *Gigantes ab ſinceritate ſæpius commendati ſunt, unde noſtrum Vocabulum* Trölltryggr, *Gigantum inſtar fidelis. Sed Odinus aliud ſane teſtimonium de Ymero perhibet.*

8) *Inchoatiuum pro Simplici; vel reponendum* lifi nádi, *vitam obtinuit.*

a) An nackvars	*Sine ullius*
Nöckva *b*) bragi	*9) Nauigii impulſu;*
Jötuns háls	*Ejus Gigantis juguli*
Undir *c*) þióta	*Vulnera flatuoſe ſonant*

Náins *De-*

a) *Hæc lectio eſt ex noſtra* Conjectura. Exemplaria præferunt: á nöckvers; *quæ ſequitur G. Pauli. Verſio Ejus ad proximam Var.* L. adferetur. Ubi duo *n* in *an* et *nackvars concurrerunt, prius facile potuit exturbari.*

b) bragir, *in Plur. inepte* Hrapp. dragi, *G. Pauli, ex conjectura, et vertit hanc, et ſequ. Strophas: Ex Nöckveri* (nani) *nauigii deductione* (ɔ: Poëſi), et Poſſet *dragi facile mutari* in *bragi*, nam Literarum *b* et *d ductus in Membranis interdum parum inter ſe eſt diſſimilis. Denique pro* bragi *fortaſſe reponendum ſit* bragdi, *eodem ſenſu,* ſc. Verſatione, *actu, motu, agitatione,* τοῦ bragr *hæc ſignificatio inaudita, at dubium non eſt, quin* bragd et bragr ſint ejusdem *Originis. Fortaſſe ejusdem ſignificationes fuerunt ab initio.*

c) flota, *fluitant, flutant, at flota*, proprie eſt Verbum Actiuum et notat: *ad fluitandum impellere vel facere, ut fluitet*, quod huc non attinet; Ergo *flota* ex *flióta* corruptum. G. Pauli quidem *flota* in Textu retinet, ſed ut Var. L. adfert þióta, quam etiam præfert *Hrapp.* et ea meliorem eſſe cenſet. Varie autem exprimere conatur iſta þióta et *flota*, nempe: id quod in Verſionem intuli, et proxime ad ſenſum vocis þióta accedit, *flatuoſe ſonant*, item *æſtuant, furunt.* In proclivi erat addere *fluunt, manant*, quandoquidem *flota* in Textum ſuſcepit.

9) *Secundum* Eddam, *de Interitu* Ymeri, *Mare demum ex ejus ſanguine exſtitit, adeo Ille Vitam ſine uſu nauigii exegit. E ſanguine Ymeri cæſi Dii mare crearunt.* Grímnis mál:

Ur Ymis holdi
var jörd um *ſkaupit*
enn *ur ſveita ſær.*

Völuſpá:

ár var allda
þá er Ymir bygdi
vara ſandr ne *ſærr*
ne *ſualar unnir.*

d) Náins nidr
Fyrir nauſtdyrum.

IV.

Þvíat ætt mín
A *e*) enda ſtendr

10) *Defuncti infra*
Ante nauſtibuli Oſtium:

IV.

Mea enim progenies
11) *Finem attigit,*

Sem *Tan-*

d) Náins, *Th.* quod forte Dvergi *nomen ſit, pro altero, nam* o et *a facile alternant inter ſe. G. Pauli* Náins *pro* Dvergo *accipit, et vertit duas baſce ultimas Strophas: Infra Naini* (nani ſ. dvergi) *naualis oſtium, quæ Verſio, non ſatis liquida eſt. Eam ſic illuſtrat:* „Ex Ymeri Gigantis ſanguine mare, cujus ſæuitia filium Egilli abſorpſit.“ *Nauis Nani* eſt *Poëſi; hujus Statio, nauſt*, pectus vel cor, ubi conditur, et unde exprimitur. Denique non omittenda eſt Conjectura G. Pauli de Nains nidar fyrir nauſt dyrum, ɔ: *ante filii Naini naualis oſtium.* Naini *filius Duergus, ut* Yta ſynir, lyda Kyndir etc. *hominum filii* ɔ: *homines. Cum noſtro* Náinn (*Nom. proprio*) *ſatis bene conuenit* Gr. νανος et *Lat. nanus. Certe neſcio*, an *Feſti etymon certius aut verius.“ Quod Genetiuus nidar exiſtat, probari debuerat, nam nidia exiſtere ſcio*, etſi *Anomalως, alterum nusquam vidi.* Náms *fortaſſe pro* Náins *reponendum ſit, ut* Náms nauſt, *doctrinæ, eruditionis, ſcientiæ receptaculum ſiue pectus* vel *cor.* Nauſt *non tantum dicitur de nauſtibulo, verum etiam latius de æde quacunque, quod ex Verſu* Skárii in Niála *poſt Incendium ſatis liquet. Verum tamen ſuper* Mare, ante oſtium cordis ſonante, *in eodem luto hæremus. Poteſt interim fieri, ut Poëta dicat* marinam injuriam *impedire ſe, quominus carmen proferre valeat.*

e) end, *Th.* ſuſpectum.

10) Náinn *accipio pro Participio ſine Verbi origine, a Nom. Subſt.* Nárr, funus, cadauer.

11) Því at, ideo, *diuiſim, ubi* at παρελκον *et* Því, cauſale, *fortaſſe, ſ. potius neceſſario reponendum ſit, nempe:* Ideo progenies finem attigit, quia Gigantis vulnera ſonant ante nauſtibulum, *ut in priori Verſu eſt. Strictius ad Textum foret:* In fine verſatur vel conſtituta eſt. *Altera Verſio eſt* G. Pauli. *Modo antea* ætt mín *de uno filio hyperbolice dixit ex adfectu, cum tamen Thorſteinem haberet*, et *duas filias ſuperſtites.*

Sem *) hræbarnar	*Tanquam* 12) *funeſto ictu percuſſa*
f) Hlimar marka:	*Ramalia ſyluarum.*
Era kaſkr mądr	*Non eſt alacer homo,*
Sá er *g*) kögla ber	*Qui* 13) *artus* (*condylos*) *fert*
Frænda *h*) hræs	*Cognati de lecto funebri*
Af *i*) fletium nidr.	*Deorſum.*

*) bràbarnar, *cruda percuſſa*, *Th.* hræbiarnar, *Hrapp. funeſti urſi*, nullo ſenſu.

f) hinnar, *Th.*, deprauate. hlinnar, *Jör.* et *J.* ſiue Epiſcopi J. Finnæi *Exemplar.* h'ínar, *G. Pauli* et in *paremboſi adpoſuit*: vel ſ. *bleinar*, *et vertit arbores. Sed* ſi *ex Illo quæramus*, *quid blein ſonet in ſylua*, *hæreat*, *opinor.* hlimmar, *S. unde repoſui*, *quod in Textu eſt*, et *ſane melius de progenie ramalia quam columnæ procedere videntur.*

g) Þögla, *Jör. Th. Hrapp. de qua G Pauli*: „Þögla, qvod *habent Exemplaria*, et *tacite ſonat. tam in Poëſin peccat, quam Syntaxin, ſenſu nec nimis felici.“ *Atque adeo Ipſe reſtituit*, *quod in Textu eſt.* Et *J. parum abludens*, *præfert* kaugla bör.

h) hræs, *cum priori conjungit*, *Th.*

i) fletom, *Hrapp. id. ſed parum antique*, *quantumuis alias archaïzat* in *hac Oda. Deinde*, pro *nidr*, riÞr *præferunt Th.* et *Hrapp. quod notat*, *emolitur*, *et ſcribendum erat per y*, rydr.

12) Hræbarnar hlínar, *per*, cadauerum inſtar rempeſtate dejectæ arbores *expoſuit G. Pauli.*

13) Artus *vel* condylos cognati *pro* Ejus corpore *poſuit*, *et ex Mea Sententia in ſenſu conjungendum eſt*, frænda köggla, *non enim*, *ut magnus Interpres fecit*, köggla, *ſeparatim*, et frenda hræs fletium, *conjunctim. Tres enim poſteriores Strophas ita vertit*: Qui condylos (ſe ipſum) fert de cognati ſepulcrali ſede deorſum. *Poteſt etiam in ſenſu conjungi*: köggla frænda hræs, condylos cognati cadaueris, *et illud* af fletium *ſeparatim poni pro* ex ædibus, *qua Interpretatione admiſſa Lectio* rydr *adprime quadrat. Illud diſcrimen inter me et Interpretem eſt*, *quod ille* hræs fiet *de* ſepulcro *capit*, *Ego de* lecto funebri, borumum, *quod ad rem ipſam non multum intereſt*, *nam* berr — hræs fletium, *in ſenſu eſt*: *effert cognatum domo*; *Illi autem*: *Refert ſe domum a Sepulcro.* Hræ *pro* hræ, *cadauer*, *funus*, *it. mors ipſa*, *ut in Verſ. ſequ.*: Cognatum *fortaſſe* Lat. *Rudus et*

V.

Þó mun ek mitt
Ok modur *k*) hrer
l) Faudrfall
m) Fyrſt um telia.

V.

14) *Tamen ego meum (mei)*
Et matris 15) *funus,*
Patris caſum
Primum recenſebo.

Þat

Illam

Ruo. Super Voce kaſkr Stroph. 5. *ante, annotat* G. Pauli: "Kaſkr vigens, vegetus. *Excuſatio adhuc eadem, quæ in antecedentibus. Dictus vero videtur* kaſkr, *quaſi* kattſkr, *felis inſtar agilis* vel *vegetus.* Dan. karſk. *De vocibus* Hrör, hreyr, röra, reyra, *vide* Hypnon. Gloſſ. Synt. „ *Hæc ille. Deriuatio vocis* kaſkr, *quam dedit, ſatis feſtiua eſt, ſed cum Dani* r *inſeruerint huic voci, haud abſurde duceretur a* Kar *pro* Karl, *vir, mas, cujus conjux* kæra, *mulier, adhuc in uſu eſt, adeo ut dubium non ſit, Maſcul.* Kar *olim extiziſſe: quo accedit, quod Norwegi et Succi hodie* Kar *pro* Karl *dicant. Confer. et alias* Me *ſub voce* Hoſkr, Horſkr *in* Gloſſ. Edd. T. 1. *Sed hæc Oda aliud ſibi poſtulat quam Tricas Etymologicas. Denique quatuor poſteriores Strophæ videntur continere Sententiam generalem vel prouerbialem.*

k) hier, *hic* ɔ: hac in villa vel in hoc carmine, *J.*

l) frændafall, *Cognati* vel *Cognatorum clades*, Id.

m) firſt um, *remotiſſime* vel *remotiſſimum*, *J.* ſuſpectum.

14) *Ordo prioris partis eſt:* Þó mun ek fyrſt um telia mitt faudrfall ok módurher. Þó *mun ek* etc. *Si hoc connecti debeat præcedenti, quod relationis particula* Þó *poſtulat, ſenſus interior foret: Etſi hæc jactura mihi ſit grauiſſima, tamen plures jacturas antea feci,* ɔ: *parentum,* (*et aliquot Verſibus interjectis*) *aut* Ufi *aui, aut* Thorolforum *patrui vel fratris. G. M.* [*Quomodo* particula *copulatiua interdum ante utrumque copulatum poſita fuerit priſcis, oſtendiſſe puto Interpretem ad* Gunlögs Sagam], G. Pauli.

15) Hrör *ſ.* hrer, *hic videtur notare, cadaver, quemadmodum dicitur* hrör, *veſtis detrita,* it. Karl-hrör, *ſenex decrepitus;* Kerlingar-hrör, *capularis vetula;* hrörligr, *deponentanus ſenex;* ek hrörna, *viribus deſtituor.* G. Pauli, *qui* modur hrör, *per matris deſideratum cadauer expoſuit, unde illud* (*deſideratum*) *ſumſerit, non liquet. Cum funus notet et corpus mortuum et mortem ipſam,* hrer *vel* hræ *haud incommode hoc loco per funus exprimi arbitratus ſum. Quod* Hræ *etiam ut* Hrör, Hrer *et* Hrær (*ſupra*) *dicatur de corporibus hominum mortuorum*

Þat ber ek út
Ur *n*) ordhofi
Mærdar timbr
Máli *) laufgat.

VI.

Grimt *o*) var um hlid
Þat *p*) er *q*) hraunn um braut
Faudr

16) *Illam effero*
Ex verborum delubro (ɔ: *ore*)
Poëticam ſyluam (*vel materiam*)
Sermone (*carmine*) *frondentem.*

VI.

17) *Dirus erat hiatus,*
Quem unda perfregit
In

videmus ex Haufudlavſn, *ſuperius* Verſ. X. Stroph. 2. *Hodie non dicitur niſi de* brutorum immundorum corporibus.

n) Ords hofi, *S.* Ordhafi, *Hrapp. inſolenter illud* Hafi, *etſi non dubium ſit, quin* hof *ab* at hefia *ortum trahat, quod notat attollere. Aula pro delubro in parentheſi appoſuit* G. Pauli, *etſi merito ambigatur, an* Hof *ita olim ſignificauit; Domum ſimpliciter ſignificat in* Hymis Quida.

*) laufat, *idem, ſed inauditum,* Hrapp.

o) vas, *Hrapp. archaismo affectans.*

p) *Ita et es* pro *er Stroph. ult. obtrudit.*

q) *Sic* G. Pauli, *probabiliter ab ingenio ſuo reſtituit; Cum omnes Libri* Hraun *præferant, quod notat ſaxetum. Qua Lectione admiſſa fortaſſe tangitur Elatio* Skallagrimi *mortui* Pag. 398 et 399. *Sine quod per fractum parietem, probabiliter e ſaxis conſtructum, elatus fuit, ſine quod ſaxa effracta ſunt ad tumulum ei conſtituendum; Si poſterius at* pro *a* Stroph. 4. *legendum eſt, et vertendum ad domum Gent. Patr. m.*

16) *Sunt, qui in ſequentibus hujus Verſus ſpecioſam laudent allegoriam, qui Ego non refragor, verum tamen Poëta nimis perfunctorie et indifferenter ſe geſſit in damno parentum memorando; ſc. recenti damno filii unice afficitur, etſi alia damna ei interdum in mentem veniant.*

17) *Quomodo* G. Pauli *vertere potuerit: Dira erat porta, quam* u. perf. in p. m. allodiali area (ſepimento, domo) *quam Verſionem ne verbulo quidem illuſtrauit, ipſe viderit; nam ego non video, quomodo* unda Filium rapiendo *dici poſſet portam feciſſe in area, ſepimento vel domo. Vox Barbara* allodialis, *quam ne Barbari quidem ipſi, qui eam frequentant, intelligunt, opinor. Ei et Illis relicta eſto.* Ego Hlid, *cepi de aperrura, loco vacuo, aliis locis, ubi res continentur, interjecto. Dicit ergo Poëta Locum filii vacuum in domo factum eſſe per maris violentiam; dicit autem domum ſuam* Borgam Frændgard faudr ſins, *quod gentilitio jure hereditatis a patre, primo conditore ad ſe* (Egillum) *devoluta erat, et*

Faudr míns	*In patris mei*
A frændgardi.	*Gentilitia domo:*
Veit ek ófullt	*Scio in expletam*
Ok opit ſtanda	*Et patentem ſtare*
r) Sonar ſkard	18) *Filii lacunam,*
Er mer *s*) ſiárr um vann.	*Quam mihi mare fecit.*
VII.	VII.
Miök hefir Rán	*Vehementer Rana*
t) Ryſkt um mik.	*Me* 19) *vexauit:*
Em ek *u*) of ſnaudr	*Nimium ſum nudatus (orbus)*
At áſtvinum	*Suauibus amicis*
Sleit	*Rupit*

porro ad Poſteros deuoluenda. Non tamen celare volui Frændgardi *hic accipi poſſe pro* Frændbálki; *nam* gardr *et* bálkr, *quodam modo ſunt Synonyma.* Frændbálkr *autem eſt Linea vel Series Conſanguineorum in longum extenſa. Diceret ergo Poëta, Mare in hac ſerie feciſſe rupturam, cum filium ejus ſuſtulit; et in hac priore parte damnum tangeret toti familiæ ex unius Filii interitu ortum; in poſteriore enim loquitur, quod ſibi ipſi ſigillatim inde ortum ſit.*

r) Sona, *in Plur. Th.* falſo, *non enim niſi unum filium mare abſtulit.*

s) Sær, *Hrapp.* et G. Pauli *in parentheſi, idem, ſed rectius* Særr, *duplo r.*

t) Riſkt, *per i, Jör. Th.* et *G. Pauli. cfr. Not.* 19. ríkt, *Hrapp. J.* et *P.* ɔ: *mihi dominata eſt, tyrannidem in me exercuit.*

u) og ſnaþr, *etiam deglabratus, Hrapp. ubi* pro ſnaþr *corrigendum eſt* ſnádr, *per a virgatum.*

18) *Filialem rupturam (ejus locum vacuum) reddit* G. Pauli. *Poëta in hiſce videtur plane deſperare de reparanda jactura filii.*

19) at ryſkia *accepi pro* concutere, perturbare, exagitare, *quod forte ortum eſt ab* at raſka, violare, corrumpere. *Scripſi per* y *ideo, quod* Ryſkisſótt, *per* y *occurrit in* Annali Flateyenſi, *et notat fortaſſe* morbum acutum cum totius corporis concuſſione incipientem; at ruſke, Danorum *notum eſt*, et *ſignificat, ut opinor, aliquem axellis prehenſum concutere et exagitare.* [at riſkia *et mutuo* riſkiaſt, capillos inuolare Jónsbók Mh. cap. 23. *conf.* Barthol. Ant. pag. 59, 60. G. Pauli. *Reddidit ergo:* riſkt um mik, me depilauit, *ſed cum Ejus auctoritates ad manum non habeam, Interpretationem in medio relinquo. G. M.*]

x) Sleit *y*) marr *z*) bönd	*Rupit mare ligamina*
Minnar ættar	*Meæ familiæ*
Þ) Snarann þátt	20) *Intortum (inter cætera) filum*
Af ſiálfum mer.	*A me ipſo.*
VIII.	VIII.

x) beit, *morſu abſtulit, fecuit Hrapp. parum apte.*

y) *mare, Hrapp. J. quod crederes eſſe ipſiſſimum mare Latinorum, ſed falſo, ut opinor.* G. Pauli *tamen in Textum recepit mari, quod perinde ait eſſe, ac* Hrafni *pro* Hratn *in* Haufudlauſn, Verſ. X. Stroph. 7. *Sed iſta Paragoge a me explosa eſt* in Var. *l.* Pag. 442 *ſub finem.* mars-bönd, *Jör. ubi Helleniſta foret conſtructio nempe Neutrius Pluralis cum Verbo in Singulari. Forent autem* marsbönd, *Numina marina, atque adeo euaneſceret obſcuritas*, in qua cubant ligamina G. Pauli, in ſua Verſione, quæ Ille ideo nexuit, quod diceret ſe non intelligere illud *mars*, quod modo in *marsbönd* adſerui.

z) band, in Singulari, et antea, mars, *Th.* ɔ: *Numen Marinum;* Ita Hellenismo ſupra dicto carere poſſumus. Vel, ſi *band* de vinculo familiæ accipimus, excluſi ſumus multis illis ligaminibus.

Þ) Því meſt om kom uf om (*Hrapp.* archaismo Hyperbolico) þat af ſiálfum mer (af mer ſiálfum *Hrapp.*), forte pro Því repo-nendum ſit Þó. Senſus: *Nam (tamen) id* (ɔ: cladis filii) *maxime ortum eſt a me ipſo* ɔ: quod filio dedit veniam itineris maritimi. *J. Hrapp.*

20) Conf. ſupra Pag. 412-13 et Not. 4. *cui loco hinc lux affunditur*, G. Pauli. *Eo loco omiſſa a me, viri Doctiſſimi annotata quædam hic infero:* »Eg ſnara, intorqueo. Snæri, funis contortus. ſnar, *Subſt.* torturæ textilis genus. [Quid þáttr *proprie ſit, Interpres ibi dixit*, Torulus, *una voce, opinor, vocari poſſit ex* Varronis *auctoritate.* G. M.] Saugu-þættir, hiſtoriæ parallelæ, res ſimul geſtæ ad eandem hiſtoriam pertinentes. Kyn-þáttr, gentis alicujus familia, aliis ſc. parallela. At eiga þátt í því edr því (*agendo aut patiendo*) quaſi ex parallelo cum aliis participem eſſe. « Snarann þátt, *contractum ex* ſnaradann *pro* ſnúinn, contortum, plexum. *Et* ſnarann — af ſiálfum mer *in Senſu conjunxi, atque ideo* ab *in Stropha ſequ. ſubſtitui, pro ex, quod Interpres adhibuerat, a quo eſt Verſio hujus poſterioris partis, quique in ſenſu conjunxiſſe videtur* fleit af mer.

VIII.

Veiztu *a*) ef um þá ſok
Sverdi *a*) of rækag
Var *b*) aulſmid
c) Illrar tídar.

Roda

VIII.

Scias, ſi eam injuriam,
Gladio 22) *perſequi poſſem,*
Quod tum 23) *cereuiſiæ confectori*
Tempus futurum eſſet infauſtum:

Æolum

a) ef, plauſibiliter de ſuo intulit *G. Pauli*, quod a Codicibus exulat. Sed deinde, neſcio cur *ro um* tanquam ſuperfluum parentheſi incluſit.

a) ofrækag, una voce, *Th.* improbe. afrækag, *J.*, *exſequerer* vel *exſequi poſſem*, ſuſpectum.

b) Ita ego lego in Gen. M. per *i* tenue, cum in Exemplaribus Lectio ſit ambigua. *G. Pauli* legit aulſmíd per í grave, in Gen. Foem. cfr. Var. *c. d.* infra. Avls und, *Th.* ad Verbum *cereuiſiæ vulnus* vel *cereviſia ſanguinea*. Forte de ſanguine Quaſeri, omnis doctrinæ, atque adeo Poëticæ fonte, cogitauit; Sed veroſimilius depravatum eſt ex aulſmid. Modo ante pro *var* reponi poſſit *vid*, de quo in ſequ. Var.

c) Hæc eſt Lectio G. Pauli e propria conjectura: Conjungit autem in ſenſu: Var aulſmíd rodavags brædr illrar tídar; et reddit: *Eſſet Cereuiſiaria* coctio intempeſtiua (ſ. inauſpicati temporis) Odini, (cujus cereuiſia Poëſis) conf. Var. *d.* Ego conjecturam illrar tídar, retinui, etſi in cæteris alium ſenſum amplectar. Fatendum tamen eſt Genitiuum iſtum, in ea connexione, paullo inſolentiorem; Nominatiuus ill tíd melius procederet. allra tíma. *Jör. Hrapp. Th.* ɔ: *omnium temporum ſ. ſemper otium eſſet ad carmen faciendum*, ſed vindicta filii omnibus rebus eſſet prævertenda. alla tíma, *J.* deleto *ef*, prima Stropha, et admiſſo *vid*, quod conjeci ad tertium, ſenſus emergeret optimus: *Perſequerer — injuriam in Oceano omni tempore.*

22) G. Pauli *reddit hæc et præcedd.* Si ea cauſa *mihi eſſet perſequenda. at Mihi illud* rækag *eſt modus potentialis pro* kynni reka.

23) *Sc.* Ægero *ſ.* Neptuno Borealium, *cujus* cereuiſiaria coctio *cum omnes Aſos, poſt magnum illum lebetem a Thoro acquiſitum, excipere deberet et excepit, ſatis celebris eſt ex* Hymis Quida *et* Ægisdrecka, *in* Edda Sæm. edita T. I.

d) Roda vags brædr
e) Ef um *f*) vega mættag
Færa ek *g*) andvígr
Ægis

24) *Æolum Oceani fratrem*
Si occidere mihi liceret
Adgrederer 25) *pugnando par*
Ægeri

d) Rodavags, una voce, *G. Pauli.* Roda Vagsbrædr, *Hrapp. J.* Roþa Vagrbræþr, *Th.* Omnes corrupte, etſi ráda, legi poſſit pro rada, et vags a brædr disjungi, ut feci. Ita vags ráda brædr, fratres *arbitri maris*, forent Ventus et Oceanus. Audiamus doctam annotationem G. Pauli ſuper hac et duabus præcedentibus Strophis, nam Verſionem ejus modo dedi: »Hic leui cum emendatione ſenſum mihi videor aſſecutus, planum et conuenientem, nullo præterea alio ſe offerente. Quomodo autem Odinus dicatur Rodavags frater (brædr hic Genetiuus) id vero me latere fateor, quæ tamen me fugiens vel deperdita traditio rem irritam reddere nequit.«

e) ef, neceſſario intulit G. Pauli, quod a Libris male omittitur.

f) Vega, etiam eadem neceſſitate reſtituit feliciter, et vertit, pugnare, pro voga, audere, quod Libri præferunt, et cum cæteris difficulter conciliatur.

g) Audvígr, *P.* ɔ: *facilis ad pugnandum*, ſ. *facile gladium astollens*, ut reddit G. Pauli.

24) Rodi (hrodi) *eſt* venti *nomen appellatiuum*, *etiam in ſoluta oratione*, *unde* androdi, ventus aduerſus, *habetur in* Hryggiar ſtycki. Vagr *ſ.* Vogr *eſt* Maris *vocabulum appellatiuum ſynecdochice. Cum autem et* Vega occidere, *non quadret in* Ventum *et* Pontum, *pro* Elementis *acceptos*, *veriſimiliter Poëta de biſce tanquam* Perſonis *ſc.* Kário *et* Ægero, *per phantaſiam Poëticam et luſum quendam*, *cogitauit*, *et*, *pro horum propriis nominibus perſonalibus*, *uſus eſt appellatiuis* Elementorum, *quibus præeſſe credebantur.*

25) Andvígr, *per*, *Infenſum*, *reddit* G. Pauli. *Imo* Infeſtum *mallem*, *ſed de iſtis ſignificationibus non ſatis conſtat*, *niſi huc adplicari velimus nom. propr. fictitium*, Serui Inuidiæ *tanquam* Perſona *in* Tima-Rima Jonæ Sigurdſonii, *Poëtæ elegantiſſimi*, *ſ.* carmine ejus de Moribus Seculi. *Mea acceptio vocis* andvígr *hoc loco nititur auctore claſſico*, Snorrio *in* Ol. Tryggvaſonii Saga *de* Hareko in Thiótta: Hárekr var andvígr ecki betr enn ödrum þeirra brædra,

Ægis *h*) mani.

IX.

Enn ek ekki

i) Eiga þóttumz

k) Sakar afl

Vid

Ægeri (*Oceani*) *puellam* 26) (*amicam*).

IX.

Cæterum ego non

Poſſidere videbar

27) *Certaminis vires idoneas*

Contra

---

ef þeir væri jafn-búnir, ɔ: *Harekus in pugnando non æqui parabat amplius quam alterum fratrum, ſi pari armatura inſtructi fuiſſent. Diceret ergo* Egillus *per luſum quendam ingenii*, ſe in certamine (ſi modo antea occidere liceret ventum et fortaſſe pontum etiam; *nam non diſſimulabo, quod mihi in mentem venit, leui mutatione in textu legi poſſe:* Roda ok Vagbrædr, *Ventum et Pontum fratres*) æquiparaturum facile *atque adeo etiam* ſuperaturum, uxorem Ponti ſ. undam decumanam, *et forte etiam* nouem ejus filias vel undas minores. *Fuerunt autem* Kári *et* Ægir *fratres, ut videmus ex* Edda, *et ex* Inuenta Noruegia *in* Ol. S. Trygg. Brædr *pro* bródr, *quod attinet, adſtruxi in* Gloſſ. Eddæ Tom. I. *ſub ea voce.*

b) Ita *Jör.* et eos recte ſecutus G. Pauli. Manni, *Th. J. hominem marinum* ſ. collectiue, *gentem marinam.* Manna, *Hrapp.*, inepte.

i) Ita I et reſtituit *G. Pauli* ea lectione nondum viſa. eigna, *Jör. Th. Hrapp.* quod ſeruari poſſit, ſi *mer* inſeratur Stropha priore poſt *ek.* Senſus: *Mihi tribuere non viſus ſum.* Sed melius una litera addita reſtitueretur, *eignaz*, ſubaudito verbo auxiliari præteriti *hafde*, quod interdum uſu venit. Senſus: *non adeptus eſſe videbar.*

k) Forte Sóknar, *impugnationis, adgreſſionis*, quod altero planius.

26) Man *eſt mulieris appellatio in Eddæ nomenclaturis mulierum ſimplicibus. Proprietatem vocis docere conatus ſum in Gloſſ. Eddæ.* G. Pauli *interpretatus eſt* uxorem, *quod fortaſſe non improbandum; Sed fieri poteſt, ut vox hic ſit collectiue ſumenda de* uxore *et* filiabus Ægeri, *neque aliter ea uti videtur* Ol. S. Tryggv. *in* appendice *de moribus Erlingi, etſi ſenſus ibi aliquid diſtet.*

27) *Vide* Pag. 447 ſupra *cum* Var. Lect. * *et in* Niála, ſök et ſókn *aliquoties inter ſe permutantur.* G. Pauli Sakarafl *vertit, pro* cauſa virium ſatis, *non incommode quidem, ſed an vere, ſi genium ſermonis reſpicias, ignoratur.*

Vid *l*) ſúds bana:
Þviat *m*) alþiód
Fyri augum verdr
Gamals þegns
Gengi leyſi.

Contra 28) *nauigii interfectorem;*
Nam 29) *Uniuerſo populo*
Ante oculos verſatur
Hominis ſenis
30) *Solitudo.*

X.

Mik hefir Marr
Miklu rændan.

X.

Me Mare
Multo ſpoliauit.

l) Súgs, *Hrapp.* Poteſt eſſe maris vocabulum, quod certe *Sog* in Nomenclaturis Eddæ adpellatur et notat *vorticem*, *charybdin; æſtuarium* etiam, ſ. *mare ſtaguans.* Quando *Súgsbani* foret *marinus percuſſor.*

m) Forte alþiód legendum ↄ: *familiæ Ægeris*, ubi fortaſſe etiam, per jocum quendam, de piſcibus et cetis cogitauit.

28) *Exponere ad verbum mihi libitum eſt, etſi verear, ut Latinis auribus delicatulis arrideat.* Súdr, (*M. Muſis haud inuitis, adpellari poſſe arbitror* nauigium *a Foem.* Sud, *F.* compages aſſerum, contabulatio. *Si* Súd *pro* Naui, *uſitata Synecdoche, acciperetur, faceret Genetiuum* Súdar. *Aliter ſentire videtur* G. Pauli, *cujus hæc ſunt:* Sudsbani *dici poteſt* mare ↄ: nauis peremtor, *in flectione quidem anomala, ſed non enormi: unde conjecturas alias mitto. Pendet autem hæc Strophe a Superiore.*

29) Alþiód, *quod ſimpliciſſimum videtur, in Dandi caſu accipio;* G. Pauli *in Nominandi caſu accepit, unde ejus verſio ſane quam ingenioſa a mea differt: Eſt autem hæc:* uniuerſus enim populus fit in oculis viri ſenis nullus comitatus. *Sine ulla illuſtratione, niſi ea, quam videbimus ſub ſequ. Not.*

30) Gengi, *N.* comitatus, cohors, *ut* ſinni *et* ferd, idem notantia, *ab* at ſinna *et* fara, ire. *Foret adeo* gengi leyſi, *ad Verbum*, comitatus inopia *vel* defectus. Vígs gengi *habetur in* Skálda, *ſed ambigue pro* auxilio ad prælium, vel aggreſſione in præ-

Grimt er fall
Frænda at telia.
n) Sídan er minn
o) A mun-vega
Aldarſkiölldr
Af lífi hvarf.

XI.

Veit ek þat ſiálfr
At í ſyni mínum

Var

31) *Acerbum eſt,*
Caſum Cognatorum enumerare.
Ex quo meus
32) *In loca delicioſa*
Familiæ clypeus
E vita ſubductus eſt.

XI.

Id ipſe ſcio,
Quod meo in filio

Erat

lio *ex auctoris propoſito.* G. Pauli *attulit* brauta gengi *ſine explicatione*, *quod* auxilium *notare ſolet*, *et ex* Hákonar málum Eyvindi Poëtæ apud *Snorrium*: Vex nú gengi godu. Th. S. Liliendal *arbitratur* gengileyſi *eſſe* infortunium (*quale* ſc. *Poëta paſſus erat in amiſſione filii*) *et ſane* gengi *eſt* ſucceſſus *in Claue Snorrii metrica:* Lengr vex hverr af gengi ɔ: e ſucceſſu quisque creſcit, ſ. animis ſ. exiſtimatione apud alios.

n) Sídar, *Hrapp.* male et deinde mín, *mei*, Genetiv. pron. perſonalis primæ Perſonæ.

o) æ munvego, *Hrapp.*, quod poteſt verti: *in vias perpetuarum deliciarum.*

31) *Poteſt hæc et ſequ. ſtropha accipi pro* ſententia generali, *parenthesi incluſa; Poſſunt et cum ſequentibus in ſenſu jungi, et ad Poëtam ipſum reſtringi.*

32) Munr, deſiderium, voluptas, deliciæ, jucunditas, ſuauitas. Vegr *in* Alvismálum *eſt* Telluris vocabulum, *Intelligendæ hic ergo ſunt* ſedes Beatorum, ſ. *in* Valhalla *apud* Odinum ſ. aliàs. *Hæc eſt prima mea Interpretatio. Altera ſimplicior, nempe:* in diuortium viarum, vel in diuerſas vias ɔ: in mundum alterum. *Sic ſupra* Pag. 126, Þá kalladi Kvelldulfr til ſín ſkipverja ſína. ok ſagdi þeim, at honum þótti líkligt, at þá *mundi brátt ſkilia vega* þeirra. *Hæc Kveldulfus mortem ſibi ipſe præſagiens.* Ita et Oddus Sagittarius (Örvar-oddr) in can-

p) Var ílls þegns
Efni vaxit.

33) *Erat parum apta*
Coloni indoles;

tatione ſua cygnéa: vard ek einn ſaman. enn *annan veg* gumna mengi *geck helvegu. Porro* Mun *eſt* Fluuii nomen; Mare *autem ſine dubio eſt* fluuiorum maximum; *Ergo per* mun-vega *poſſunt* viæ fluidæ ɔ: marinæ *intelligi;* Kveldulfus *vero*, avus Egilli, mari mortuus eſt, inter nauigandum in Islandiam. *Res* in *ambiguo eſt, quis hic* in *Stroph. ſequ. per* ættarſkiölld *intelligendus ſit*, Ulfusne auus, an Thorolfus, patrui et fratris, alteruter. G. Pauli de Thorolfo minore intellexit. *Denique omittere nolui, hic legi poſſe:* ómun vega ɔ: in viis ſtreperis, turbulentis *nempe:* Mari, *vel* in prælio. [á mun-vega, in vias corui (coruis præda) G. Pauli *ſine ulteriore illuſtratione*].

p) *Ita omnia* Exemplaria, *quod etſi prima ſpecie ſatis ſuſpectum, retinere mihi viſum eſt. Vide Not.* 33. De cætero varii modi ſunt emendationis in ſequ. voce, *nempe:* íturs þegns, præſtantis viri: Yggs þegns, ciuis Odiniani ſ. viri militaris: *et quod fortaſſe unice rectum:* alls þegns viri omni reſpectu, *ut* alls *ſit* Aduerbium. G. Pauli in Textum intulit: varat, quod ego prius ad marginem exſcripti ad illum transmiſſi adleueram. Exponit ergo, quod in promptu eſt, *το* varat ills þegns, non erat mali viri etc. Credibile eſt, librarios nouiſſe negatiuas a et at Verbis ſuffixas cum ſuo ſignificatu, atque adeo eas non timere mutauiſſe; Certe ſeruauerunt plerumque. G. Pauli *Annotatio critica* ſuper Lectione hæc eſt: Exemplaria, var, ɔ: *erat in illo mali viri materies adoleſcens* (*increſcens*): prauiſſime. Unde non diſplicet aliorum Lectio: Var Ilgs þegns etc. ɔ: erat in illo materia alcis (animalis carniuori) amici ɔ: egregii bellatoris. Ylgr etiam inter Luporum vocabula. Þegn, qui prodeſt [ɔ: unde aliquid accipiendi eſt facultas, ab at þiggia, accipere. G. M.] Ilgs, per i, male, nam y debuerat eſſe, etiam legit *Hrapp.* Ylgor, ſine dubio eſt Femina Lupi ſ. Lupa, ut alibi annotaui; atqui foeminina non poſſunt in *s* accire cum conſonante antepoſita, in genetiuo, etſi vir doctiſſimus aliam flectionem interdum acceptaret. Genitiuus Ylgiar a nom. Ylgur omnibus antiquitatibus non ignaris, notus eſſe debet. Sed an Ylgr ad alcem pertineat, in dubio vertitur. Modo ante, vas, pro var, archaic*ως*. *Hrapp.*

33) *Dicit filium ab natura parum adcommodatum fuiſſe ad vitam ruſticam, ſed potius ſine*

*) Ef ſá randvidr	*Si illi armigero*
q) Ravſkvaz nædi.	34) *Adoleſcere contigiſſet*
Unz *r*) hergauts	*Antequam* 35) *Odini*
Hendur of tæki.	*Manus attingeret.*
XII.	XII.
s) A let fleſt	*Semper conſenſit plurimis,*
Þat er fadir mællti.	*Quæ dixit pater,*
Þótt *t*) öll þiód	*Quamuis* 36) *totus populus*
Annat ſegdi	*Aliud diceret,*
Ok mer upphellt	*Et me* 37) *ſuſtinuit*

Um Per

dubio ad militarem. Þegnar ok haulldar þat eru bændur *dicit Edda in Nominum vocabulis; atque adeo* Þegn *eſt colonus proprie. cetera dixi ſub Var.* p.

*) er, *cum*, *Id.* minus commode.

q) Rauccnaz gördi, *Hrapp.* Illud rauccuaz verbum inſolens, forte tamen ab rackr, *vegetus*, *alacer.* Gördi hic eſt, verbum auxiliare vel periphraſticum.

r) Forte her-gaugl, unde ſenſus: *donec manus* (adoleſcentis) *arma tractarent.* G. Pauli.

s) alet, *Hrapp.* corrupte pro á let. á, certe in compoſitis, idem valet qnod æ, *ſemper.*

t) öllum, *omnibus I.* inepte. aull om (um), *Hrapp. P.* diuiſim; recte. Et um eſt *παρελκον.*

34) Rauſkvaſt, *innaleſcere.* röſkr, *ſtrenuus.* roſkinn, *maturus*, *matura ætate.* G. Pauli.

35) ɔ: Antequam in Odini miniſterium ſe daret, *nempe; vel* ad ætatem militarem *i. e.* maturam peruenirct: *vel* in prælio caderet. *Non tamen diſſimulandum eſt το* hergauts hic *eſſe poſſe viri* adpellationem *ſimpliciter, ab* herr, bellum *et* Gautr, Odini nomen. *Ergo ſenſus foret:* donec robur virile (maturum) nactus eſſet. [unz hergauts etc. donec Odini manus (eum) reciperent, ſc. juſto prælio cadentem G. Pauli].

36) *i. e.* Familia domeſtica. *Ita opinor Gallos etiam dicere:* tout le monde, de una familia domeſtica *vel* unius domus incolis.

37) *Hæc Verſio, uti totius verſus eſt a* G. Pauli, *ſed ambiguum in ſenſu videri poteſt*

Um *u*) Verbergi
Ok mitt afl
v) Meſt um ſtuddi.

XIII.

Opt kemr mer
x) Mana *) Biarnar

38) *Per ædes*
Et meum 39) *robur*
Maxime fulciuit.

XIII.

Sæpe venit mihi
40) *Amicarum Thori*

illud ſuſtinuit. *Forte interior ſenſus ſit:* meam auctoritatem domeſticam ſuo *qualicunque* ſuffragio tuitus eſt *vel* meam vitam ſuſtinuit per delectationem, quam ex eo capiebam, et ſpem, quam de eo præcipiebam.

u) Vebergi *P.* aut ex Conjectura G. Pauli. Vide ejus Notam. Herbergi ſimpliciſſima foret Lectio, quam neque metrum reſpuit.

v) meſtum, una voce, *I.* corrupte, ut ſupra öllum.

x) M[a], adbreuiate, *Jör.* unde feci, quod in textu eſt. Ceterum conjecturam meam alteram notæ intuli. manna, *Hrapp. J. S. Th.* quod non conciliatur cum ceteris; et notum eſt Librariorum cacoëthes mann pro man ſubſtituendi. mann á, *P.*, inepte. minna á hiarnar, *G. Pauli*, cujus verſionem poſt videbimus.

*) hiarnar etiam *Hrapp. P.* hiarnan, *J.* utrumque ſine ſenſu in connexione.

38) Verbergi, ab hero *dictæ* ædes, vebergi *a* pace; *ut* herbergi *ab* exercitu ɔ: hominum multitudine [*hoc rectius; conf. Me in* Gloſſ. Eddæ G. M.], her [*rectius* herr, G. M.] *quippe m. g. dicti* homines centum. *Thema eſt* eg berg, byrgi, obtego, abſcondo; *unde* Borg *et* byrgi, ſepimentum, locus munitus. Gr. πυργος. Lat. urbs, *per aphær. et antith.* Abſconduntur autem et ſeruantur intra ædes cum homines, tum res quælibet aliæ. Eg berg *etiam uſitate idem eſt quod* auxilior, ſaluum præſto, *alias etiam* biarga. *Huc pertinet* berg *et* biarg, rupes, ſaxum, tutamen *videl.* inferne *vel* ſuperne. G. Pauli. *docte et eleganter.*

39) Liberi ſunt vis et robur parentum, *ut Gnome habet*, atque ea *Poëta videtur alluſiſſe.*

40) Biörn *eſt unum ex* Thori *nominibus in* Edda. Man *eſt* mulieris, *et ſpeciatim.* Amicæ adpellatio, *ut ſupra notaui.* Vinr *non modo eſt* amicus, *verum etiam* is, quo cum cui aliquid negotii, etiam hoſtilis,

I *y*) birvind	*In ventum ferentem*
Brædra leyſi.	*Fratrum defectus:*
Hyggiumz um *z*)	*Circumſpicio*
a) Er Hilldur Þróaz	*Gliſcente pugna;*
Nýſumzt hins	*Speculor illud*
Ok hygg at Því.	*Et cogito* 41)*:*
XIV.	XIV.

intercedit, *quod antea obſervatum et adſtructum eſſe opinor ab* Interprete Nialæ. *Thoro autem multa fuerunt negotia, maxime tamen hoſtilia, cum* mulieribus giganteis; *ergo illæ ejus amicæ eatenus vocari poſſunt, quemadmodum* ſenectus, *ejus colluctatrix apud* Utgarda-Lokium, Þórs fángvina *adpellatur ſupra a* Kveldulfo. *Tralatitium autem eſt, quod* ventus, mulierum gigantearum animum *ſignificet, etſi ejus adpellationis ratio, ex* Edda, *qualem nunc habemus, non poſſit adferri. Hæc utcunque ſunt, diſſimulare nolui commodiſſime in* Textu *legi poſſe* Málu *pro* Mana: Mála *eſt ad verbum*, confabulatrix, ſocia, amica; *at vero* Grídur, mulier gigantea, *vera amica fuit Thori, qvæ illi, Geirradar-gardos eunti, baculum ſuum commodauit, quod et in amne* vimrá *vadanda, magno ei fuit adminiculo.*

y) birvindi, in Ablat. *Hrapp. P.* bif-vindi, *G. Pauli* ex conjectura. Aliam ejus conjecturam modo attuli. Verſio illius et verſionis illuſtratio talis eſt: *Sæpe me adducit, meorum in periculum, cum pugnandum eſt (in pugna) fratr. def.* Hiarn eſt *nix indurata, ſæpe glaciei inſtar lubrica:* Hinc vera a hiarni, *in periculo eſſe, in difficultate aliqua verſari.* Hiarn eſt N. Gen. Hiarnar, Acc. Plur. F. G. quæ non exemplis carens differentia in tanta vetuſtate, et id quidem in carmine offendere non debet. Birvindr vel (potius Byrvindr) *ventus ferens*, hic locum habere non videtur: Bene autem Biſvindr, *Odini ventus* o: prælium. Eſt enim una ex Odini adpellationibus Biſur et altera Biſlyndr, *mobilis, mobili animo.* Hactenus ille. Sed verſio duarum primarum ſtropharum videri poſſit aliquid contorta; neque conjecturis indulgere licet, ubi eæ vitari poſſunt; cum præſertim veriſimile ſit Codices Jörandinos eſſe exſcriptos e membranis, uti vidimus ſupra ad Haufudlauſn. Denique Hiörn G. F. gratis dicitur, et, an unquam exſtiterit, ambigi poteſt.

z) *er* ex ſequente Stropha transtulit *Hrapp.* et inde fabricauit aur, *alacris, promtus.*

a) Haldr, *vir, colonus* ſenſu parum apto in connexione.

41) *Nempe de eo, quod ſtropha ſequente dicitur* G. Pauli. Nyſumzt, hnyſumzt, (ſtroph.

XIV.

b) Hverr mer hugadr
A hlid ſtandi
Annarr þegn
Vid ódrædi
Þarf ek þeſs opt
c) Of her giórum
Verd

XIV.

Quis mihi 42) *animoſus* (*beneuolus*)
Ab latere ſtet
Alter vir
43) *In acie:*
Eo ſæpe indigeo
44) *Inter belligerandum*
Parum

præced.) *de quo alibi* [*nempe ad* noſtram Hiſtoriam, *Pag.* 214 *et Not.* 3. 215. *Eſt autem* nyſumzt *hic verbum medium, ſicut et* hyggiumzt, *modo ante, et quidem* 1*ma Sing. Num. non enim* 1*ma plur. ut* Gunnarus *dedit, per* circumſpicimus et contemplamur. G. M.] *Forte a* Nös ɔ: nare. Niöſn, exploratio: Niöſni, *hodie* niöſnari, explorator. *Conuenit voce et re* Lat. nuncius. Nyſumzt *a* Nös *metaphorice, ut* Lat. olfacere, odorari. G. Pauli.

b) Hvar, *ubi. Hrapp. P.*

c) ef, *ſi* vel *cum* belligeremus, *J.* Harmonia literarum capitalium metricarum videtur hic aliquid claudicare, ſed ſuſtentatur quomodocunque, ſi of vel ef adopt: in harmonica connexione referatur. Multum tamen præſtare videtur ſi þá, *cum* pro of ſubſtituetur, cæteris mutatis, ut conſtructio poſtulat.

42) *Non improbo ſimplicem expoſitionem* τῦ hugadr, *quam doctiſſimus interpres dedit, ſed fateor, etiam meo animo blandiri alteram, quam in parentheſi adpoſuit, ubi in ſenſu conjungenda ſunt* merhugadr, *non autem* mer á hlid ſtandi. *Quod autem* hugadr einum *ita ſignificare poſſit, videmus ex Subſtantiuo* hugdar madr eins, *quod in veteribus Hiſtoriis occurrit et notat: vel* animo erga aliquem bene adfectus *vel* qui alicui cordi et curæ eſt.

43) In Concitatione *vertit* G. Pauli. *Poſſit et reddere:* in re ſubita, tumultuaria, *uti in prælio uſu venit; ſed veriſſime arbitror* pugnam *hic intelligendam eſſe, quæ alias* Snerra, Snerta *a* ſnarr, citus, *adpellatur.*

44) Of — giörum *accipitur a* me *pro* Ablatiuo Modi *vel* Temporis *loco* Verbi: þegar herr er giörr, *poſſet et reddi:* bello exiſtente. *Et* of *eſt* παρελκον. Giörvum *autem*

Verd ek varfleygr
Er vinir þverra.

XV.

d) Miök er *e*) torfyndr
Sá er trúa *f*) knegum
g) Af alþiód

Elgiar

45) *Parum volucris ex iſto*
Cum amici deficiunt.

XV.

Perdifficilis inuentu eſt
Cui fidere poſſimus
Ex omni gente

Iſlan-

pro giörum *plenius forte in enunciatione. Quod* herr, bellum (ófrid) interdum *ſignificet, ſecus quam indocti putant, opinor* me *oſtendiſſe in* Gloſſ. Eddæ, T. I. *Certe in* Belli *adpellationibus Eddicis occurrit, ubi e Codice Wormiano exſcriptum video* herþaugn, *una voce, et in* Nornageſtsþætti *habemus in* proſa: at þola einum her, bellum ab aliquo pati [of *hic idem quod* um *ut* gól *um* hanum, gól *um* Aſum; *item:* Varga þióta *um* veri þínum, er ek fárla falk *um* Sigurdi. Giörum, *Adject.* facto exercitu, acie conſtituta; *Subſtant.* inter manipulos conſtitutos. *Vid. ad* Höfudlauſn Stroph. 9. G. Pauli]. *Quid ad* Höfudlauſn *loco cit. ab Interprete annotatum ſit, quod huc adplicari poſſit, non liquet. Particula* um *in locis ab eo adductis notare videtur* circum, *quod haud ita facile huc congruit.*

d) Giök. *Hrapp.* verbum ſine ſenſu, mira corruptela.

e) Ita per *y* edidi, cum libri habeant torfindr per *i*. Scriptio mea probatur ex Hryggiarſtykki, ubi agitur de Poëta quodam, cui facultas carmina pangendi extemporalis non inerat, quod auctor exprimit, per, honum var torfynt. Torfinnr, *S*, nihilomelius altero, et dubitatur, an finnr in compoſitione eam vim ſignificandi habeat.

f) Kneikum, *S*. e nimio archaizandi ſtudio *k* pro g ſubſtituit.

g) of, Libri omnes, unde leui mutatione, feci, quod in Textu eſt. Deinde alþiófd, e ſuo Exemplari, intulit G. Pauli, cujus Verſionem ad Var. ſequ. videre eſt.

45) *Mira translatio a* pennis avium ad amicos.

h) Elgiar gálga.
Því at *i*) niflgódr
Nidia

46) *Islandiæ* (*humana*):
Nam erga umbras beneuolus 47)
Kkkk 2 *Pro-*

h) Ita omnia Exemplaria, quæ utcunque in re incerta ſequi viſum eſt; ſed G. Pauli in omnia alia abeuntem audire, operæ pretium fuerit, legit autem hanc, et præced. Strophas: of alÞiöfd Eliar gánga; et vertit, in connexione cum Stroph. 2. *Quem credere poſſimus ultra uniuerſale furtum Helæ (Mortæ) procedere.* Illuſtratio ejus talis eſt: Solicitum me habuit, et tantum non ſuſpenſum tenuit, malis auibus hic a Librariis erectum patibulum, Elgiargálgi, quod ope vocis alÞiöfd, monſtrante ſimul contextu viam auſpicato, me vitaſſe opinor. Eſt autem alÞiöfd vel alÞyfd *uniuerſale furtum* vel omnibus inſidiata (leti furacitas) παγκλεφιαν ſimili modo compoſito vocabulo una voce dicere liceat. Ita vir doctiſſimus ſane quam feſtiue et ingenioſe, præſertim in ſua alluſione de *patibulo* per *furtum uniuerſale* euitato.

i) Ita etiam omnia Exemplaria, pro quo *G. Pauli* de ſuo ſubſtituit niflgudr, in foem. gen. cujus verſionem infra adduco: niflgoÞom, *Hrapp.* quod diuiſim, niflgud om procedere poſſit, ſenſu, quem Gunnarus amplexus eſt.

46) Elgr, Lat. Alces, *M.* Alce, *F. quibusdam a Græc.* αλκη, robur, Sclauonice *dicitur* Elan, *unde certe* Germ. Elendthier, id. *Illud animal fertur nunquam decumbere, propterea quod flexuris articularum cruralium careat, atque adeo ſe a cubitu erigere nequeat. Hinc, ubi quietem et ſomnum capere vult, adclinat ſe magnis arboribus Elephanti more, quibus ſucciſis proſtratus a venatoribus interdum conficitur; unde adeo* arbores *merito dici poſſunt ejus* patibulum, *i. e.* peſtis, pernicies, exitium. *Jam vero ex* Edda *notum eſt, primos* homines *ex* arborum truncis *eſſe creatos; hinc* tota gens humana ab iis propagata *haud immerito dici poſſit* arborea *vel* roborea progenies. *Porro alia ratio adferri poteſt, quod inter dormiendum, tanquam ex* arbore ſuſpenſus *ſit* Alces: *Vide* me *ſuper* Hreingálkn *in* Hymisquida Edd. Sæm. Tom. I. *Sed prius mea opinione præſtat. Conferre liceat illud Virgilianum in VIII. Æneide, vers* 315.

Gensque virum truncis et duro robore nati.

quanquam ſcio Scaligerum parrem in arte poëtica eum locum aliter capere. Hæc adeo qualiscunque ratio eſt verſionis meæ parenthesi incluſæ. Alterius verſionis ratio facilis inventu eſt, hæc nempe: Glacies lubrica facile eſt labilis ɔ: *facile in ea labi eſt; atqui Alces lapſus, nunquam ſe erigere poteſt, atque ita glacies illi ſit exitio. Jam vero conſtat* Islandiam *ab* Is, glacies, *eſſe denominatam, unde adeo, etſi* land *hic omiſſum ſit per* alÞiód Elgiargálga ɔ: ísa, Islandi *poſſunt intelligi.*

47) ſc. *quod mortuorum numerum augeat, etiam*

k) Nidia Steypir	*Propinquorum oppreſſor*
Bródur hrer	*Fratris funus*
Vid baugum *l*) ſelr	*Annulis vendit:*
m) Finn ek þat opt	*Sentio ſæpe*
Er fiár beidir.	*Quod pecunia expetitur.*
XVI.	XVI.

propinquos ſuos propter auri cupiditatem proditos, ad eos transmittendo, id tamen Egillum erga Thorolfum fratrem feciſſe, longe abeſt, ut exiſtimemus, multo enim magis eum dilexit, et multo fidelior erat erga amicos, quam ut tale flagitium committeret. Interea ſuffragor G. Pauli, *quod Egillus 7. et 8. Strophis, quaſi in tranſitu cogitarit de armillis in ſolatium fraternæ cædis acceptis. Sane in 9. et 10. ſtrophis cogitauit de ſua propria auaritia, qua non mediocri laborauit.*

k) Nidr á, quod foret *deorſum*, *S.* ſed verius deprauatum eſt ex nidia. Hier (her), *hic* ex Jorundinis *A* et *F*, et ex ceteris *J.* S. *Hrapp.* qui poſtremus *to* viþ ex poſteriore ſtropha huc transfert.

l) ſetr, *Hrapp.* quod foret, *deponit contra annulos*, ſed magis credere eſt Lectionem deprauatum eſſe a *ſelr.* Verſio G. Pauli in quatuor poſteriores ſtrophas hæc eſt: *Dea enim Niſtheimenſis (Inferorum) cognatorum præcipitatrix (pernicies) fratris cadauer* (ſub Str. 5.) *annullis vendit.* Super 7. et 8. Stropha ita commentatur: Quomodo autem *vendit* etc. quod non auri adpetens ſed maxime hominum. Nimirum facit, ut vendatur, *aut* quaſi vendatur: Neceſſitatem intulit Thorolfo moriendi, quam rem ægerrime ferens Egillus, in ſolatium binas armillas accepit. Hactenus ille pro re et ſuo inſtituto ſatis commode, ſed eum tamen ſequi non auſus ſum, propter unicam vocem Eliar, quam finxit in priore parte verſus, et vult poſitam eſſe pro Heliar: Vehementer enim dubium eſt, adſpirationem ſiue *h* ante vocales unquam abjici; ſed *alþiôfd* et *gânga* iſto loco per ſe ſatis ſunt plauſibilia, etſi in connexione cum ceteris non adeo quadrent.

m) Ab his duabus ſtrophis ſequentem verſum ordiuntur *Jör.* et *Hrapp.* qui verſus adeo duabus ſtrophis excedit juſtam menſuram. *Th.* et *G. Pauli* ſubnexuerunt eas huic xv Verſui, qui tamen ſine iis plenus eſſet. *G. Pauli* ita commentatur: Finn ek þat opt etc. *Sentio ſæpe, cum pecuniam poſcit*

XVI.	XVI.
Þat er ok mællt	48) *Dicitur etiam:*
At *o*) enginn geti	*Neminem accipere*
Sonar idgiölld	*Filii (amici)* 49) *plenum pretium*
Nema	*Niſi*

(vel *illam pec. poſcere*). Aſſumendum eſt ad juſtam metri menſuram, nec ſenſu prædicto cum Hiſtoria conueniens [conuenit ſane et cum Hiſtoria et cum Interpretis verſione præcedente G. M.] unde per luſum et jocum ab alio quodam adjectum videri poteſt. Hæc *Ille*. Ego potius crediderim ſtrophas haſce controuerſas initium fuiſſe quondam noui verſus, cujus ſex ſtrophæ poſteriores jam dudum perierint; Ideo forte, quod in Membrana ab Librario non potuerunt legi, atque adeo in Traduce Ejus prætermiſſæ ſunt ſine ulla lacunæ mentione, cujus rei exemplum videmus, in *Giſla Saga Surſonar*, ubi aliquot folia ſine lacunæ mentione interciderunt, quæ tamen lacuna ita utcunque, etiam in Membr. Biblioth. A. Magn. reſtituta eſt, ut ab lectore ſentiri nequiſſet, niſi Codicem Bibliothecæ Regiæ haberemus. Interea, ut nunc eſt, Strophæ melius, quod ad ſenſum, annectuntur priori verſui, ut Gunnarus fecit, quam poſteriori. ef et deinde fiárbeidir, una voce *Hrapp.* prius ſuſpectum, poſterius inceptum in connexione. Foret autem, verbale agentis, *pecuniam exſpectans*. Quod autem G. *Pauli* τὸ er, exponit per *cum*, mirum eſt eum ignorare illam particulam interdum poni pro at, *quod*, ut in mea Verſione dedi.

o) mangi, *idem*, ex conjectura adpoſuit G. *Pauli*, ſine dubio voluit harmoniæ metricæ conſulere, quæ quomodocunque ſe ſuſtentat ſi *enginn* in harmonia referatur at ok præcedens.

48) *Verbum*, Þat er ok mælit, *indicio eſt in ſequentibus hujus verſus contineri* ſententiam prouerbialem, *unam aut duas; quæ tamen, quomodo in proſa enunciatæ fuerint, incertum eſt.*

49) *Ita libere vertit* G. Pauli, *ſed in* nota Textum et Originationem *ſtrictius ſequitur ita:* "Idgiölld, Hávamál, compenſatio, retributio, *forte qſ.* inngiölld *vel* endrgiölld. " *Poſterior originatio ſine dubio eſt verior, præſertim ſi attendamus* edr *pro* endr, iterum, rurſum, retro, *olim dic-*

Nema *p*) ſiálfr *q*) ali.

r) Ne þann nid

Er

Niſi ipſe 50) *alat:*

Neque 51) *propinquum*

Qui

tum fuiſſe; illud edr *poterat mutari in* ed *per apocopen, et hoc* ed *porro in* id *per cognationem iſtarum vocalium.*

p) Hac voce Stropham claudit *G. Pauli*, et monet, eam per diæreſin eſſe legendam.

q) Ita audacter poſui. In Exemplaribus vehementer fluctuantur: E quibus, alitumc vel alitume, exhibent *Jör.* álitom, *Hrapp.* et alitum, *G. Pauli*, verbo in ſequentem ſtropham trajecto, quod exponit per, *adſpiciat*, parum, opinor, ex genio ſermonis, nam vix dicitur at alitaz eo ſenſu, ſi ullo ſenſu deponentiali dicatur, quod vereor, ut faciat; denique terminatio um eſt prima perſonæ, non tertiæ. alitne, *Th.* nullo ſenſu, haud ſecus ac plura, quæ præceſſerunt, ſed tamen proxime ad veram lectionem, quam exhibet *J.*, nempe alid ne, vocula ne in poſteriorem ſtropham recte translata, quæ ſtropha alios in ſenſu et metro videtur claudicare; cum vero illud alit ſit 2 perſ. plur. quæ non facile conſtruitur cum nomine Singulari *ſiálfr*, aut retinenda eſt mea lectio in tertia perſona, aut alir in ſecunda perſona ſubſtituendum, et ſecunda pro tertia vel quacunque vel imperſonaliter capiendum. *G. Pauli* conjecit alit um, et alit poſitum vult pro ali, quod an grammatice procedat, ipſe viderit, nam ego non puto. »Optime autem, inquit, forte caderet verſiculus h. m.: Nid þann um alit: Sed nimiam vocum trajectionem, atque hinc depravationem librariis impingere nolo.«

r) Ne, *J.*, ut obſervavi in Var. præced. inſerit.

50) *i. e.* procreet, ſuſcipiat, *neque enim de ſola matre uſurpatur* (at ala), *ſed et interdum de patre. Ut* [*in* Hyndluliódum]: ólu þau ok áttu átián ſonu etc. G. Pauli.

51) Nidr *hic propter ultimam ſtropham, melius accipitur de quocunque* propinquo, neceſſariove, *indefinite, aut de* fratre *definite, quam vulgari notione, de* filio, *quæ tamen hic placuit* Gunnaro. *conf.* Me *ſupra ad* II. 6. *hujus Poëmatis et* Gloſſ. Edd. Sæm. T. I. *in* Nidr, Nidia. *De fide fraterna notum eſt* dictum Gretteri Asmundſoni, *cum* frater *cum morbo et vulneribus confectum, ſed tamen etiam dum ab hoſtibus*

Er ödrum ſe
Borinn *s*) madr
I bródur ſtad.

Qui ſit alteri 52)
Natus homo
In fratris loco.

XVII.

Erumka *t*) þockt
Þióda ſinni
Þótt ſerhverr
u) Sáttum halldi.

XVII.

Mihi non jucundum eſt
Populi 53) *commercium* (*Studium*)
Etſi quisque
54) *Pacem ſeruet.*

Byrr

Filius

impetitum, *clypeo ſuper procumbentem injectum protegeret*: berr er hverr á bakinu nema ſer brodr eigi, *quod* dictum *merito in prouerbium abiit.*

s) mar í bur ſtad, *Th.* corruptum pro madr í burar ſtad — *loco filii*, quod autem mar olim ſignificare potuerit virum, ut cognatum fuerit Lat. *mas*, *maris*, non omnino negauerim.

t) Ita omnes Libri. þockt o: þockad inquit *G. Pauli.* Aut ſcribendum þégt pro þægt, *commodum*, aut etiam þekt, *gratum*, *acceptum.* Nam illud þóckt, a þocki, *animus*, ſatis inſolens eſt.

u) Ita *Th. Hrapp.* et *G. Pauli.* Satt um *Jör. J. P.* quod etiam poteſt de Sátt, pace, in Num. ſing. accipi, ut um ſit *παρελκον*; vel legendum eſt ſatt, per *u* tenue, quod notat, *firmum*, *fidum*, quemadmodum in Thomas Saga: ſannr lás, *firma ſera*, occurrit.

52) *i. e.* patri, G. Pauli. Ödrum *modo poſitum eſt pro*, nockrum *vel* einum, cui, alicui, ulli.

53) Þiód *hic ponit pro* quibuscunque alienis (vandalauſum), *et ita hoc Hemiſtichium, utcunque in ſenſu cohæret, cum prioribus* XV *et* XVI. *Sed in nullo nexu eſt cum poſteriore hujus verſus. Senſus interior Poëtæ hic videtur eſſe:* Populus vel multitudo pro emolumento proprio fauet vel odit: Liberi autem et fratres ex inſtinctu naturæ, ab ſanguinis conjunctione orto, fauent, *in cujus tamen ſententiæ veritatem uniuerſalem hic non inquiro.*

54) *Pacem ſeruare eſt humanitatis, ſed non amicitiæ officium, atque adeo ibi, ſtricte dicendo nulla eſt amicitia.*

v) Byrr er *x*) býſkips	*Filius in* 55) *apum vehiculi*
I bæ kominn	*Ædes transiit*
y) Kvanar ſon	*Filius uxoris*
Kynnis leita.	*Ad cognationes inviſendas.*
XVIII.	XVIII.

v) Bir, *Hrapp. Jör.* quod *ventum* ſonat. Byr, *G. Pauli.* Verſionem ejus poſtea adfero.

x) Ita per *y*, *J. Hrapp.* Si de apibus ſermo ſit, ſcriptio in controverſia vertitur. Supra tamen in Havfudlauſn video a me expreſſum eſſe By, *apes.* Biſkips per *i* pro *by*, *Th.* et *G. Pauli.*

y) Sic libri omnes. Sed *G. Pauli*, de ſuo ingenio ſubſtituit Kvannar, pro Hvannar, ad quorundam occidentalis Islandiæ, et Toparchiæ Thingeyenſis, incolarum dialectum, quæ mihi nunquam in ullo libro obſeruata eſt, atque adeo hoc loco non admiſſa; cum præterea Verſio Gunnari ſatis ſit coacta; eſt autem talis in hoc poſterius hemeſtichium: *Habitaculum apium nauigii* (ſ. *ordinis* v. Hypnoneſius in voce Skip) *illatum eſt in ædes angelicæ filius inuiſere cupiens notos.* Annotatio ejus ita habet: "Caules truncosque varios concauos inhabitare apes, notum eſt, ſcaposque angelicarum pro tibiis inflaſſe veteres, alibi obſeruaui [illud *Alibi* in gratiam Lectoris erat indicandum G. M.] Ait Egillus ſibi philanthropo non ſufficere pacem domeſticam, ſed et velle ſe prætererea tibiæ cantu (noui Poëmatis) exhilarare. Byſkips byr, *regimen* pro appoſ. vel etiam Byſkip ɔ: nidrſkipan, *ordo*, *reipubl. forma*, de quo Virg. in Georg. Kvannar ſon (epexegeſis). Tricas et difficultates omitto."

55) *Hic eſt nodus indiſſolubilis, certe neque a* Me, *neque a Magiſtro meo* Gunnare, *diſſolutus, nam Alexandrio ſoluendi modo non uſi ſumus. Interea aliquid a mea parte tentandum eſt*, ut me quoque poſſim etc. *ut dixit magnus poëta:* Skip *interdum notat, apud poëtas*, id, ubi quid verſatur, continetur *vel* fertur; *uti apud magnum Poëtam* Sturlam Thordi filium: Ged-knörr *de* corde *et* vínfar *de* poculo *adhibetur in* Hákonarqvida *a* Sc. Thorlacio *edita.* Byſkip *ergo hic de* aëre, ſ. Athmoſphæra, *ubi ſine dubio feruntur et ætatem quadamtenus exigunt* apes; Aër *autem* hic *pro* Æthere *vel potius* Cœlo *poneretur, cujus multa ſunt exempla. Ita* Byſkips bærr *foret*, domicilium cœleſte (locus Beatorum), *quorum aliquot in cœlo eſſe* Edda *auctor eſt: Et per ſequentia, potiſſimum ſtroph. ult. poëta oſtendit ſpem ſuam, quod* cognati defuncti, *nempe* Thorolfi, Grimus *et* cæteri *in eum locum recepti ſint.*

XVIII.

Enn mer *z*) faſt
I fauſtum *a*) Þock
Hroſta hilmir
A *b*) hendi ſtendr
Máka ek upp
I *c*) óróar grímu
Rýnis

XVIII.

56) *Sed mihi vehementer*
Obſirmato animo
57) *Rex cereuiſiarius (vel poeſeos)*
58) *Incumbit:*
Non poſſum ſurſum
Per 59) *inquietem noctem*
Vehi-

z) Fanſt (Fanz) omnia Exemplaria; ſed altera lectio eſt a *G. Pauli*. Manifeſtum eſt exemplarium lectionem ſine ſenſu eſſe in contextu; unde fortaſſe legendum ſit Finns, cum præſertim Hroſta hilmir non videatur plena Odini adpellatio, etſi non neſciam eum Jolnir et cæteros Deos Jolnar adpellari, quod an ab cereuiſiæ introductione in has terras factum ſit, non adhuc liquido conſtat; ergo putauerim Finns, ut antea attigi, hic legendum eſſe ſiue ille Finnr pro gigante ſecundum Snorrium Tom. I. Hiſt. Norv. ſiue pro Dvergo, ſecundum Eddam, accipiendus ſit, ut Finns Hroſti foret *potio poëtica*.

a) Þá ek, *Hrapp. cum ego*, in nullo nexu cum cæteris.

b) höfdi, de quo mox [nempe ad Str. 6. 7.] cfr. de Vanlando R. apud Sn. mara trad hann. *G. Pauli*.

c) áróar, omnia exemplaria, cujus ſenſum ipſi librarii viderint, unde óróar neceſſario fecit G. Pauli. Sequentem vocem Grimu quidam in poſteriorem ſtropham trajiciunt. órar *P.*, vertente G. Pauli per: af orum ɔ: *mentis perturbatione*, pari ſenſu, ut inquit. Sed órar Genit. ſing. eſt inſolens, quoniam ipſa vox, quæ foret ór vel óra, fæm. in nominat. non inuenitur ſingulariter; ſed órar in plur antiquis gen. f. Recentioribus gen. m. *Turbæ, luſitationes turbulentæ*, tralatitium eſt. || Mar grímu ɔ: *nocte marina*, ſ. *tempeſtate caliginoſa*, *Hrapp.* conf. Var. ſequ.

56) *Oppoſitio inter ſtatum poëtæ præſentem et filii defuncti, de quo in poſteriore parte verſus præced.*

57) *Odinus intelligitur, vide* Var. *z. ſupra. Quod* Hroſti, *abſolute ſignificet* mulſum poëticum *dubitari poteſt.*

58) *i. e.* in me inuehitur, *aut, Latino loquendi modo:* in ceruicibus meis hæret. Hendur *et* hönd *pro* viribus, corpore, *imo* ipſa perſona *interdum ſynecdochice accipitur, ut in phraſibus:* at biargaz á fiálfs líns hendur, veria hendur línar *et* fara á hendur einum.

59) Ró, quies; óró, inquietudo. Gríma, nox, *ſiue* temporis *ſiue* mæroris. *G. Pauli.*

d) Rýnis reid

e) Rettri hallda.

60) *Vehiculum contemplationis Rectum tenere.*

XIX. XIX.

d) Ita per *y* crediderim rectius ſcribi, quam per *i*, quod duo *Jör.* præferunt. Rims eſt in *A.* ſ. primo *Jör.* et *S* quod velim explicuiſſent. Adnotat quoque G. Pauli ex ſuo libro. Si Ryms per *y* ſcripſiſſent aliquid erat, nempe *clamoris*, cujus ſine dubio vehiculum eſt os, et per ſynecdochem caput.

e) Hæc eſt ſatis probabilis conjectura *G. Pauli*, nam retti habent libri omnes præter *Hrapp.* Unde an aliquis ſenſus eliciatur, videamus. Orórr eſt maris vocabulum antiquum, quod feciſſe poteſt genetiuum óróat et óróſs; Rettr eſt ventus aduerſus violentus, aut etiam jactatio marina tempeſtate facta; Grettis Saga: þeir höfdu *rettu ſtóra*, *et* ſkipit þoldi illá *rettinn.* Aliud eſt Logn-rettr, nempe *plenaria venti ceſſatio*, unde nauis in ſuo curſu inhibetur, et quaſi intra ſepta quædam continetur; hæc vox occurrit in Hálfs Saga rebus Hiörleifi mulieroſi; et in noſtra Hiſtoria fortaſſe Cap. LX. pag. 372; at huc non attinet. Si porro Ryni ſit quædam pars nauis, (etſi Edda id taceat in nomenclaturis) fortaſſe *roſtrum;* Rynis reid erit *nauis*, et ſenſus totius Hemiſtichii talis: *Non poſſum ſuſtinere nauem in caliginoſa marina tempeſtate*, per metaphoram quandam ab iis, qui cum ſæuo mari coſlictantur, ad ſeſe cum præſenti mærore conflictantem; aut etiam per nauem hic intelligit poëma ſuum, quod non poſſit, impediente luctu, ad finem perducere. Ordo autem verborum foret in hac interpretatione: Ek máka upp hallda Rynisreid í óróa grímu retti. || rettu, ſubaud. ſkipi. *Hrapp.* quod mea interpretationi fauet.

60) *i. e.* caput. at ryna *eſt* curioſe intueri *vel* comtemplari *vel* ſtudioſe obſeruare, *quod* oculis *ſine dubio proprie fit; unde et* oculus *fortaſſe* Rynir *M. vocatus ſit. Aut* Ryni *hic ſit fœmininum verbale actionis, ut in verſione habetur, et hujus* reid, rheda, caput, *quod intuendi organum continet. Plures ſunt modi hoc exponendi, qui tamen eodem redeunt, nempe* rynni, *fœm. videtur eſſe* doctrina; Skallda *in* orthographia: Skalld eru höfundar allrar rynni ok máls greinar (*corr.* malſnilldar), ɔ: poëtæ ſunt authores omnis literaturæ (doctrinæ) et diſtinctionis in ſermone (eloquentiæ). *Atqui doctrinæ ſedes ſine dubio eſt in cerebro; cerebrum autem eſt pars capitis, ergo* caput *doctrinæ ſedes merito adpellari poſſit. Deinde* Ryni *in gen. neutr. poſſit* Naſum

XIX.	XIX.
Sízt ſon minn	61) *Ex quo meum filium*
g) Sóttar *h*) brími	*Morbi æſtus*
Heiptugligr	*Truculentus.*
Ur *i*) heimi nam	*Ex orbe ſuſtulit*
Þann ek veit	62) *Quem ſcio,*
At varnadi	*Quod cauebat,*
Vamma varr	*Criminum fugax*
Vid námæli.	63) *A Verbis (v. factis) mortem merentibus.*

ſignificare, unde haud multum diſtat Græc. ῥίνος, *et noſtrum*, rani, roſtrum. *Cum autem* Naſus *ſit* pars capitis, *hoc illius* reid *haud abſurde adpellaretur.* [Reid *eſt* currus. *Quomodo autem* caput *dici poſſit* rynisreid, *non inuenio.* Geſtamen *aliquod* capitis *haud dubie fuiſſe videtur.* G. Pauli].

g) Sáttar brími, pacti violator (incendium o: Odinus) G. Pauli ex conjectura. Quæ tamen adpellatio, etſi ad circumſtantias contextus bene quadret, tamen in ſe ipſa duriuſcula eſt, et minus ex linguæ genio.

h) brymi, per *y*, *J.* corrupte. bryni, *Th.* pro bruni, eodem ſenſu. grimi, *S.* ſenſu caſſum, ſed ſi gremi ſubſtitueretur, et ſtroph. ſequ. heiptuglig, ſenſus foret: *iracundia atrox.*

i) hendi, *Hrapp.* et *P.* unde ſenſus: *manu eripuit.* Hand ſane ineleganter.

61) *Hoc in ſenſu cohæret cum priore Hemiſtichio verſus præced. nempe:* Ex eo tempore Odinus mihi infeſtus eſt, ex quo filium Gunnarem vi morbi vehementi me eripi paſſus eſt. Brími *eſt* ignis, æſtus, ardor, *et* morbo acuto apte ſatis adplicatur.

62) *Conſtructio, quam in verſione ad unguem expreſſit* G. Pauli, *a quo hujus et ſequentis verſus Interpretio eſt (niſi in 2da hujus verſus), æmulatur* Latinam Plauti *et aliorum* comicorum. Recentiores *noſtri* corruptores *dixiſſent:* hver eg veit ad varnadi etc. *in nominandi caſu.*

63) Nár [nárr], cadauer [funus, *vide* hrer ſupra ad V. 2.] Mál, Sermo, *item* cauſa, res, quæſtio. G. Pauli. *Cum cujus Interpretatione* Dráp-níd *in* Niála, *verſu* Skarphedini *de* Sigmundo, *conferendum putat*

XX.	XX.
Þat man ek enn	*Id adhuc memini*
Er upp um hóf	*Cum tolleret*
I Godheim	*In Deorum Sedem*
Gauta ſpialli	64) *Odinus*

Ættar Cog-

J. Jonſonius. *Concedo interpreti*, mál *atque etiam* mæli, *in compoſitis, ex. gr. ut in* ny-mæli, *etiam* rem *ſignificare quandoque; ſed interea iſtud* námæli *mihi plane incognitum eſt, atque adeo etiam incogniti etymi et ſenſus, qui totus vertitur in priore parte compoſiti,* ná; *mihi in mentem venit, hanc priorem partem eſſe aduerbium,* ná, prope, *ut adeo* ná-mæli *ſint* opprobria, contumeliæ. *Dani certi dicunt:* at tale en for nær, komme en for nær, *pro*, alicui injuriam dictis factisue facere; *etſi ſatis non ſciam, an Islandi hodie ea locutione utantur, olim tamen uti potuerunt. Hæc autem originatio prioris partis vocis ſi admittatur, ſenſus erit:* Qui vitauit — contumelias ſiue aliis facere dicereue; ſiue vita ſua innocente, ne ſibi dicerentur fierentue ab aliis.

64) *Verſio* G. Pauli *hic optime in contextu cohæret, jam enim verſu XVIII. poëta querelas ſuas ſiue expoſtulationes aduerſus Odinum orſus eſt, et eas continuat in ſequentibus, ſed quæritur* merito, quomodo Odinus vocari poſſit Gauta ſpialli, an Gunnar ſolueret quæſtionem, haud poſſum decernere. *Annotatio ejus eſt talis:* Gautr *et* Gauti, Odinus: *ab eo ſic cætera numina appellata, et horum* ſpialli (collocutor, confabulator) ipſe *hæc ille: Sed mihi ignotum eſt, quod* Gautar, Deorum nomen *ſit; forte adeo* gens Gothica, *ſiue* Sueca *ſiue illa altera* Gothica in oriente *intelligenda ſit, quando recte procederet* adpellatio Odini. *Plures adhuc ſunt Interpretationis modi, unus* meus, *ut* Spiall, *in Neutro, de* Sermone *accipiatur; notum autem eſt ex Snorrio in Odini Hiſtoria, quod Sermo Odini, etiam vulgaris et quotidianus, totus fuerit metricus; ergo* Gauta-ſpiall *accipiendum putaui pro* poëſi, *unde ſenſus exiſtit:* In Deorum regionem Odinico ſermone (o: Poëmate) ſuſtuli ſiue immortalem in hominum memoria reddidi, meo in illum defunctum Epicedio. *Magnus antiquarius* J. Olavius Hypnoneſ. *de morte filii ſermonem eſſe non arbitratur, verum potius de ejus baptismo, ſ. luſtratione et nominis impoſitione, per aquæ aſperſionem, ethnica, quod ſæpe in hiſtoriis. Ethnicorum occurrit:* Han var vatni aufinn ok nafn gefit. *Exiſtimat autem in Baptismo Ethnicorum a patre luſtrico adhibitas fuiſſe certas formulas, quibus filio luſtrico, vel bonum adprecarentur vel malum deprecarentur, quod etſi non conſtet ex Hiſtoria,*

Ættar aſk
Þann er óx af mer
Ok kyn-vid
Kvonar minnar.

65) *Cognationis ſurculum,*
Qui ex me creuit,
Et enatum ramum
Uxoris meæ.

XXI.

k) Atta ek gott
Vid geira dróttin
Giördumz tryggr
At trua hanum.

XXI.

Bene mihi conuenit 66)
Cum haſtarum domino (*Odino*)
Factus ſum 67) *credulus*
Ad fidem ei habendam:

Adr

Anti-

tamen per ſe vehementer eſt probabile, et laudatus author id probat ex Rúna-tals Þætti Odins *in* Edda Sæmundi: *Verba Odini, artes ſuas enumerantis hæc ſunt:*

Þat kann ek it Þrettánda	Id noui decimum tertium
Ef ek ſkal Þegn ungan	Si hominem parvulum
Verpa vatni á	Aqua adſpergere debeam
Munat han falla	Ille non occumbat
Þó í fólk komi	Etſi in aciem veniat
Hnígra ſá halr fyrir hiörum.	Non cadet ille examinis armorum vi.

Accipit ergo ſpiall, *Ablatiuo* ſpialli, *in genere neutro*, me *cum*, *et porro adſerit ſuam opinionem eo argumento, quod verbum* at hefia, *cujus præteritum* hóf hic *habemus, ſit* ſolenne Baptismi vocabulum, *certe apud homines Chriſtianos* (*quaſi ex fonte Baptismali leuare*), *quo adfert e verſu* Sighvati poëtæ *de filia in Baptismo ab Olao Haraldi Rege ſuſcepta* — — úr heidnum dómi hóf ok nafn gaf Tófu o: e gentilismo ſuſcepit et nomen dedit Tofæ. *Jam vero reſtat, quid in Interpretatione per* Godheim *intelligendum ſit: Eſt autem, ex ejus mente, intelligendum:* in coetum ſ. commercium Deorum, *quod talis puer ſacris gentilibus eſſet initiatus. Hæc forte ſententia ſit unice recta, nam ab alteris ſententiis nihil ſtat magnopere, niſi ſolus contextus.*

k) áttac, una voce, *Hrapp. idem.*

65) Æt, gens, ſtirps, familia. Kyn [*ſtroph. 7. in compoſito occurrens*], ſimiliter. Aſkr, arbor, fraxinus: vidr *tam* arborem *quam* lignum *notat* G. Pauli.

66) *vel* propitium mihi reddideram Odinum. *G. Pauli. vel* mutua beneuolentia inter nos interceſſit.

67) Tryggr *in hac notione non eſt protritum, occurrit tamen in* Háva malum: ver-ea

Adr *l*) vinad
m) Vagna runni
n) Sigrhaufundr
Um fleit vid mik.

Antequam amicitiam
68) *Rhedarum curſor*
Victoriarum auctor
Mecum (erga me) rumperet.

XXII.

*) Blótka ek þuí
Bródr Vilis

XXII.

Non ideo 69) *colo*
Fratrem Vilii (Odinum)

Gods

Deo-

madr ſua tryggr, at þeſſu trúi aullu; *et in* Grettis-Saga: margir hafa of audtryggir verit, *ubi Holana Editio præfert* audtrygda, *monſtroſum vocabulum. Poſſit et* tryggr *hic verti* ſecurus, *quo ſenſu opinor Danos vocem* tryg *uſurpare. Sequentem ſtrophem* G. Pauli *vertit:* Ei fidem habendo, *quod videtur ſenſum aliquid immutare, atque adeo non viſum eſt ſequendum, etſi in mea verſione fatendum eſt, aliquam ineſſe tautologiam, ſed hæc hoc Poëmate non eſt indigna.*

l) Ita, una litera in fine mutata, edidi pro vinat, quod eſt in *Th.* et quod antea feliciter conjecerat *G. Pauli* et adnotauerat: ita dicitur ſkapnadr, búnadr, hugnadr, hagnadr, kinnadr, etc. Hoc plurium dabilium optimum videbatur. Il icmat *Jör. J.* ſenſu caſſum ex altero corruptum um at, *Hrapp.* etiam corrupte.

m) Haud dubie legendum Vagnar unni ɔ: cujusdam Vagnæ, præter multas amaſias *G. Pauli.* Sed hæc Vögn an unquam exſtiterit dubitatur, niſi eadem fuerit cum Vigg, cujus mentio fit in coruicinio Odini, ubi me vide. Poſſit et legi Vagnar rúni, *Vagnæ confabulator*, eodem ſenſu.

n) Sigr haufundi, in dandi caſu, *J. Hrapp.* improbe.

*) Blót ek eigi af því, *Edda Cod. Worm.* quæ hunc verſum integrum et ſequentem dimidium continet in Odini adpellationibus.

68) *Proprie intellgeretur* Thorus, *nam* Rheda *plurimum vehebatur, conf.* Alviſs mál *in hoc:* Vagna vers ek em á vit kominn, *et mea tentamina ſuper eum locum. Atqui ſæpe numero unus Deorum pro altero ponitur, etiam id permittente Edda*, maxime cum aliqua *determinatio diſtinguens adjicitur: Ergo hoc loco* Odinus *eſt intelligendus pro* Thoro, *quod ſequens adpellatio* Sigrhaufundr *confirmat.* Gefr hann ſumum (ſonum). Höndlu liód *de* Odino.

69) *Coluit ergo Egillus Odinum, et falluntur adeo Codices Jorundini hujus Hiſtoriæ, qui de eo habent Cap. ult.* han blótadi alldri,

o) Gods jadar	*Deorum principem,*
At ek *p*) giarn ſek	*Quod (ejus rei) ſim cupidus.*
Þó hifir *q*) Mímsvinr	*Tamen Mimeri amicus*
Mer *r*) um fengnar	*Mihi præbuit*
Baulva bætor	*Ærumnarum medelas*
s) Ef hit betra teldi.	*Si meliora recenſuero.*
XXIII.	XXIII.
t) Gafumz íþrótt	*Dedit et mihi artem* 70)
Ulfs *u*) ok bagi	71) *Lupi aduerſarius*

Vîgi *Pug-*

nunquam Deos ethnicos coluit, vel nunquam Diis ſacrificauit.

o) Ita per *o* tenue edidi, ſecutus *Th.* et *Hrapp.* Gods autem hic ſumendum de *Diis* omnibus collective Góds *Jör.* et *G. Pauli*, quod ille eleganter reddit per *boni præſidem* (vel *apicem*) et notat: Jadar, *extremitas*, e. g. panni, manus, campi, cet. Aſa jadar, (Lokaſenna) *Aſarum ſummus.* Ita et Hers jadarr et Fólks jadarr alias in Edda Sæmundi. || Gud jardar, *Deum telluris*, (cujus et erat maritus G. Pauli) *Edda;* et deinde in illuſtratione proſaica: Her erum kalladr Gud jardar. Quæ lectio ſane eſt notatu digna. Gods jardar, *P., Telluris Dei*, ad *Vilium* referendo. *G. Pauli.*

p) giarna ſec, *libenter videam*, *Hrapp.* Deinde ſe pro ſec, *Edda.*

q) Hæc eſt lectio *Eddæ*, quam *G. Pauli* unice approbat, ipſe tamen ſcribit Mimis pro Mims, et iſta ſcriptio eſt uſitatior. Misvinr, omnia *Exemplaria*, *amicus anceps*, *ambiguus*, *malefidus*, haud aſpernenda lectio. Edda in proſa adnotat: her kallaz han Mimisvinr.

r) of fengit, *Edda.* Sed alterum eſt ſplendidius. Umfengnar, una voce, *Hrapp.* improbe. fegnar pro fengnar, *J. eodem ſenſu*, nam feginn pro fenginn occurrit apud veteres.

s) Er hid betra telz, *quando meliora* (beneficii ejus) *recenſentur.*

t) Gafumc, *Edda*, *idem.*

u) Forte legendum ſit of, *παρελκον.* Certe illud ok non bene cedet hoc loco. Deinde, bágie, *J.* tolle *i*, et lectio erit recta. Bági eſt *adverſarius* in Edda, et ſic ſine dubio melius in textu poneretur, etſi *G. Pauli* illud bagi retinuit, quod uſitate notat *incommodum.*

70) *i. e.* poëticam, *et* pugnandi. G. Pauli. *Addi poſſint* Medicina *et* Magia.

71) Lupus Lokii filius *intelligitur*, *et conſe-*

Vígi vanr	*Pugnæ adſuetus*
Vammi *v*) firda	*Inculpatam;*
Ok Þat *x*) ged	*Atque id ingenium,*
Er ek gíörda mer	*Quo feci mihi*
Víſa fiandr	*Certos hoſtes*
At Velaundom.	72) *Sanctæ pacis ſocios.*
XXIV.	XXIV.
Nú er mer torvellt	*Nunc mihi* 73) *difficile eſt* (*negotium*)
Tveggia *y*) baga	74) *Duplicis damni cauſa*
Niörva	*Niörvii*

quenter Ulfs bági *eſt* Odinus. Edda *de* conſummatione ſeculi: Stefnir Odinn móti Fenris Ulf. *et deinde:* Ulfrinn gleypir Odinn. verdr Þat hans bani. *Cetera* Lupi Hiſtoria, *de* Origine *ejus et* vinculis *alias in* Edda *legi poteſt.*

v) fyrda, per *y*, *Th.* quod foret *virorum* vel *principium*, et faueret aliquid verſioni *Gunnaris*, qui in hunc verſum dedit: *Hominum dedecori*, haud ſane adulatus Odino.

x) Gedat, et deinde, es, initio ſtroph. ſequ. *Hrapp.* geder, una voce, in hac ſtropha, *Th.* utrique improbe, et ſine ſenſu.

y) Hæc lectio numero vincit; eſt enim in *A. J. S. Hrapp.* et ſic ſatis facilem interpretationem admittit; etiam *G. Pauli* dignatus eſt eam in parentheſin ſuſcipere. Boga, duo, *Jor. Th.* et *G. Pauli.* Ille vertit: *duos arcus tendere*, ſine ulteriore illuſtratione, quod melius ipſe intelligat, quam ego.

72) Ve, ſancta pax, ſanctus locus. Landi, ciuis, Arius *in* Sch. *et* Skída Rima *etc.* G. Pauli. *Quando autem Egillus hoc fecerit, mihi quidem ignoratur, niſi huc velimus trahere id, quod Thorfinni et Alfi, Svecorum, cum in Vermiam proficiſceretur, tributi exigendi gratia, amicitiam ſibi conciliauit. Crediderim ergo Egillum prudentiam ſuam hic attingere, et pro* at *legendum eſſe* af, velöndum *autem* (*ab* at vela, fraudare) *valere* Deceptoribus, inſidiatoribus; *atque adeo ſenſum eſſe, quod per ſuam* ſagacitatem ſentire ſibi datum fuerit, quinam veri ſui hoſtes eſſent ſub ſpecie amicitiæ. *Exempla autem habemus in hac Hiſtoria, de* Bardo Atleyenſi *et* Armodo; *quorum inſidias, ſub amicitiæ prætextu et hoſpitalitatis, factas, mire odoratus eſt Egillus.*

73) *Vel de præſente conditione ſua loquitur, vel de carmine ulterius producendo.*

74) *Sc. duorum filiorum*, vel *fratris et filii.*

Niörva nipt	75) *Niörvii ſoror*
A z) neſi ſtendr.	*In* 76) *lingula ſtat:*
Skal ek þó gladr	*Ego tamen lætus,*
Med gódan vilia	*Cum bona voluntate*
Ok óhryggr	*Et non triſtis (trepidus)*
Heliar bida.	*Mortem exſpectabo.*

Egill *Egil-*

G. Pauli. *Si per o graue legamus*, bóga, (*vide Var.* y) *ait ſe duplici vel (utrinque) difficultate premi, quæ conſiſtat in ambiguitate conſilii inter viuendum et moriendum.* Bógr, armus animalium, *etiam de* brachio hominis *uſurpatur, ut videmus in* Havfudlauſn, XVI. 1. *hic pro* latere *accipieretur.*

z) Sic *J.* ſolus. neſin, *Jör. Hrapp.* et *G. Pauli.* neſim, *Th.* aut pro neſium, aut pro altero corrupte. Haud paruam difficultatem objicit Accuſatiuus ille pluralis Neſin, etſi *Gunnarus* verterit per Ablativum, *promontoriis inſiſtit*, quod an ex genio linguæ procedat, ipſe viderit.

75) Niörva nipt, *vid.* Höfudl. ſtroph. 9 *G. Pauli. Sed vide* me *ad eum locum. Interpretatur ergo hanc et ſequentem ſtrophan,* Niöruii fæmina promontoriis inſiſtit, *quod* ejus admiratoribus *erit liquidius quam* mihi, *cum præſertim ei non placuerit id ulterius illuſtrare, ſed quid mea? Video tamen e verbulis, quæ ſubleuit,* eum Niörvii feminam *de* Nocte *accipere, ſed tum reſtat ſcire ſenſum verum hujus et ſequentis ſtropharum, nempe quomodo* Nox inſiſtat promontoriis. *Hoc debuerat dicere. Forte ideo ſic dicatur, quod* Nox *ut* perſona Eddica, *olim credita fuerit in* mari quieſcere interdiu, *quemadmodum* Sol *noctu, atque inde* veſperi in terram egredi. *Foret adeo ſenſus poëtæ hoc loco:* Jam nox adpropinquat. *Ego hic, ut ad* Havfudlauſn, *loc. cit.* Niörva nipt *accepi de* Hela, Sorore Narii vel Narfii, Lokii filii, *cum præſertim* Nipt *proprie ſit* Soror, *etſi latius de quacunque cognata interdum eam vocem adhiberi concedam. Quod interpres hanc vocem per* fæmina *vertit, nimis vagum videtur.*

76) *Quaſi dicat:* Hela in lingula Digraneſo, ubi pater et filius ſepulti, adſtans me exſpectat, quaſi breui eo venturum per mortem voluntariam; ſed ei non occurram hoc modo, verum quietus domi eam exſpectabo. *Penitus ergo hic abjicit, quod ceperat, volantarium moriendi conſilium.*

Egill tók at hreſſaz ſvo ſem *a*) framleid at yrkia qvædit; ok er lokit var qvædino þá færdi han þat Asgerdi *ö*) ok Þorgerdi ok *a*) hiónum ſinum; reis han þá uppor reckiu ok ſettiz í *b*) aundvegi. qvædi þetta kalladi hann *c*) Sonar Torrek. Sidan let Egill erfa *d*) ſonu ſína, eptir **)* fornri ſidveniu. enn er Þorgerdur fór heim *e*) reifdi Egill hana gódum giöfum. Egill bió at Borg lánga æfi ok vard madr gamall. enn ecki er getit at han ætti málaferli

Egillus vigorem ſuum recuperare coepit, procedente poëmate; quod ubi, ad finem perductum erat Asgerdæ, Thorgerdæ, et familiæ ſuæ domeſticæ recitauit, tumque ſurgens lectulo in ſede primaria conſedit. Poëma hoc Filiorum jacturam adpellauit. Dein Filiis parentalia fieri curauit ſecundum antiquam conſuetudinem; Thorgerdam autem domum abeuntem donis ornauit eximiis. Egillus Borgæ longum tempus habitauit atque ad ætatem ſenectam peruenit. Nulla mentio fit, quod ille cum hujus terræ incolis

a) á leid kvædit. Jör. Hol.

ö) konu ſinni *uxori ſuæ* add. Jör. Thorgerdam auditorio inſulſe excludunt. Iid. Hol. J.

a) heima mönnum idem. Hol. Jör.

b) rúm ſitt, *ſede ſua* (*herili*) Jör. Hol.

c) Ita videtur in Membr. fuiſſe, nempe Sona-Torrek, in plur. illud Sona, et adſtruunt Jör. expreſſe idem præferentes. Asgeir tamen in C. D. et E. dedit Sonar-dryck, *filii parentalia*, Sonar-drápa, *epos filii* exhibent K. L. M. poſito ante, er kallat Sonar-torrekr, *filii jactura*, aut, *calamitas ex damno filii*, præmiſſa mutatione modo allata ſed merito dubitatur, an omnino dicatur Torrekr in gen. maſc. certe apud Snorrium et Sighvatum poëtam in gen. neutr. Torrek adhibetur, quorum auctoritate Biörnus ab Skardsá cedere debet in ſuo l. gloſſario, etiam obtrudens Torrekr in gen. maſc. Poſſit alias Torrekr eſſe, *difficulter vindicans*, cui ſenſui adſtruendo aliquid attuli in obſeruationibus ad illud poëma; tum foret Torrekr, adjectiuum verbale, et bragr, *carmen*, ſubaudiretur.

d) ſon ſinn, *filio*. Hol. J. et modo ante drecka erfi eptir, pro erfa. J. eodem ſenſu.

**)* ſidveniu, tantum. Hol.

e) hæc elegans lectio illata eſt ex Hol. J. P. neque tamen adſpernanda eſt vulgata phraſis in Membr. a. Trad. et Jör. þá leiddi Egill hana med giöfum (ſtórgiöfum Jör.) í brótt, *abeuntem donis* (*ampliſſimis*) *proſecutus eſt.*

ferli vid menn her á landi, ecki er ok ſagt frá hólmgaungum hans, eda vigaferlum *f*) ſídan er han ſtadfeſtiz her á Islandi. ſva, ſegia menn at Egill færi ecki í brott af Islandi ſidan, er þetta var tidenda, er nu var ádr frá ſagt. ok bar þat meſt til þeſs, at Egill mátti ecki vera i Noregi, af þeim ſökum *g*) ſem fyrr var fráſagt *h*), at Konúngar þóttaz eiga vid hann; *i*) Bú hafdi han rauſnarſamligt þviat ſe ſkorti eigi. han hafdi ok *k*) gott ſkaplyndi til þeſs. *l*) Hákon, Konungr Adalſteins-Foſtri red firir Noregi lánga ſtund. enn hinn efra lut æfi hans, þá komu Synir

insolis controuerſias forenſes habuerit; neque quicquam de ejus certaminibus ſingularibus [ſummi rigoris] cædibusue memoratur, poſtquam hic in Islandia manſionem ſtabiliuit. Ferunt Egillum peregre non abiiſſe, poſt euenta ſupra narrata; cujus rei præcipua cauſa erat, quod ei in Norvegia eſſe non licuit, ob noxas, quarum nomine illum ſibi obſtrictum eſſe reges exiſtimabant, ut ante memoratum eſt. Oeconomia uſus eſt lauta et magnifica, neque enim pecunia deerat, ingenio autem ad id (magnificentiæ exercitium) præditus erat liberali. Rex Hacon Adalſteini alumnus per amplum temporis ſpatium Norvegiæ imperauit. at ſuprema parte ætatis ejus,

f) ſídan þetta var tídenda, er nú var frá ſagt, ok han ſtadfeſtiz her á Islandi. ſva ſegia menn, at han færi ecki brott af Islandi ſídan þetta var tídenda, er nú var frá ſagt, ok bar þad etc. Jör. tautologice, et ab initio falſo, ſi connexionem cum antecedente ſpectemus, nunquam enim Egillus duella aut cædes in Islandia agitauit. cfr. p. 512.

g) er han átti þar, *quarum nomine ibi* reus erat. Hol. J. omiſſis ſeqq. usque ad Hakonis mentionem. ita etiam, at ega ſökótt vid menn, de *ipſo reo* dici opinor in Grettis-ſaga; modo ante: fyri ſökum þeim, pro, af þeim ſökum. Jör.

h) Því Konúngar ega vid han ſtór mál, *nam reges eum grauium criminum nomine ſibi teneri arbitrabantur.* Jör.

i) Egill hafdi bú-rauſn mikla. Jör. i. e. *lauto cultu domeſtico uſus eſt.*

k) miök. Jör. ad verbum, *vehementer*, aut, *large*. vid. Var. ſequ.

l) at vera ſtórmenni, *ut vir primarius eſſet*, vel, *ad magnatis perſonam tuendam.* add. Jör.

Synir Eriks til Noregs ok *m*) deildu til ríkiſs i Noregi vid Hakon Konúng ok áttu þeir *n*) orroſtor ſaman, ok hafdi Hákon jafnan ſigr; en ſídarſto orroſto áttu þeir á Haurdálandi i Stord á Fitium. Þar feck Hákon Konúngr *o*) ſigr ok þar med bana-ſár. Eptir þat tóko þeir Konúngdom i Noregi Eiriksſynir. Arinbiörn herſir var med Haraldi *p*) Eiriksſyni ok giördiz rádgiafi hans. ok *q*) hafdi af honum veitſlur ſtórliga miklar. var han Forſtióri fyri *r*) lidi ok landvörn. Arinbiörn var hermadr mikill ok ſigrſæll *s*). han

ejus, Eirici filii Norvegiam aduenientes, de regno Norvegiæ cum Hacone rege dimicarunt; conſeruerunt autem aliquot prælia victore ſemper Hacone; poſtremo prælio conflixerunt in Hördia, loco qui Storda appellatur in Fitiarum tractu; ibi victoriam et una cum ea vulnus letale rex Hacon nactus eſt. Poſt hæc Eirici filii imperium Norvegiæ capeſſebant. Arinbiörnus ſatrapa erat cum Haraldo Eirici filio, atque ei factus eſt conſiliarius, ampliſſimisque ab eo cumulatus eſt liberalitatibus, quippe dux præerat exercitui et finibus terræ ab hoſte tutandis, ut qui magnus eſſet belligerator et victorioſus; præterea præfecti munus geſſit

m) áttu ſtríd vid hann. — *bellum geſſerunt.* Jör.

n) Ita Hol. J. P. Hrapp. margar orruſtur *multa* — Jör. orſtu in ſing. num. *prœue*, niſi de *bello* vel *boſtilitate* inſolenter capiatur. Membr. a.

o) ó-ſigr, *cladem* vel jacturam. J. Hrapp. ex acumine correctorum; quibus abſurdum viſum eſt, eum victoria potitum eſſe dici, qui vulnus lethale in prælio accepit, atque adeo re, de qua certabatur, nempe imperio, una cum vita excidit. Briánn fell ok hellt velli, in Niáls-ſaga, cum noſtro textu conferri poteſt.

p) Gráfeld, *griſeo pallio.* Jör. Hol. Rationem hujus cognomenti ſuppeditat ſolus Snorrius, quantum ſcio.

q) tók af honum veitzlur ſtórar, (i Noregi, add. Jör., qui tamen ante ſeruant, hafdi) Hol. Jör. i. e. *ampla ab eo officio (in Norvegia) obtinuit.* De induſtria verſionem ipſius textus magis generalem dedi.

r) landi hans ok lidi, præerat regno (gubernationi) et copiis. Hol. lidi hans, tantum. J.

s) vitr ok forſiáll, ok þó hardrádr — *ſapiens et prudens, et tamen (inſuper) in rebus gerendis acer.* Hol. addunt.

han *t*) hafdi at veizlum Firda-fylki. Egill Skallagrimsſon ſpurdi þeſſe tídinde *u*) ok Konúnga ſkipti var ordit i Noregi. ok þat med at Arinbiörn var þá komin i Noreg til búa ſinna, ok han var þá i virding mikilli *x*). Þá orti Egill *y*) qvædi um Arinbiörn. ok *z*) er þetta upphaf at.

geſſit in Fiördenſium provincia. Hæ res ad aures Egilli Skallagrimi filii fando peruenerunt, et facta in Norvegia regum mutatio et ſimul Arinbiörnum tum Norvegiæ reſtitutum, ſuis in prædiis conſediſſe, atque in magna verſari dignitate. Tunc poëma de Arinbiörno condidit Egillus; cui hoc eſt initium.

Arin- *Epos*

t) redi fyri Fyrdafylki (Fiarda-fylki. Jör.) Hol. J. Jör., quod ut interpretamentum alterius in verſione ſecutus ſum. Nam de conuiuiis (lautiis) quæ erant quædam appendix tributorum, ut ex vetere Hiſtoria Norvegica conſtat, ubi toties occurrit de Rege præſertim, ſed interdum quoque de comitibus, præfectis et viris illuſtribus. han fór at veitzlum: han tók veizlu: han hafdi veizlur (veizlu) Konúngr veitti (gaf) honom veizlur þar edr þar. De iis ergo conuiuiis, an huc pertineant et quæ omnino fuerit horum conuiuiorum ratio et conſtitutio, hic non vacat nec licet disquirere. Plenam hujus rei illuſtrationem a J. Olavio in Hiſt. Norveg. gloſſario ad Snorronem expectamus. conf. interim Snorrium in vita Olavi Sancti, Cap. cxxxii, ubi de Há-reko a Thiótta legitur: han hafdi haft ſyſlo á Hálogalandi, ſuma at veitzlu (veizlum), en ſuma at léni; ubi veizlu per Gieſtebuds læn exprimere puto laudatum interpretem. G. Schiönningius aliquid alicubi de his conviviis ad Snorrium adnotauit, ſed ubi, non ſuccurrit; et quidquid ſit, ibi deſiderari opinor auctoritates. i. e. loca ex ipſa hiſtoria, unde aliquid certi queat elici in hac re, ut mihi quidem videtur, ambigua ſatis.

u) öll jafn-ſaman. add. Hol. i. e. *omnes ſimul*, et mox Regum vel regiminis voces transeundo pergunt. Spurdi han, at Arinbiörn hafdi metord allmikil, *Arinbiörnum quoque ita permagna — dignatione inaudiuit.* || at, pro ok, eſt in Jör., uſitatius in tali connexione.

x) af Konongi, *apud Regem in magno honore.* add. Jör.

y) Drápu, *epos*, *poëma encomiaſticum.* Hol.

z) ſendi (honom, *add.* Jör.) til Noregs. et (*illi*) *in Norvegiam transmiſit.* Hol. J. Jör.

*) Arinbiarnar Drápa, edr Brot af henni.

I. Emk þ) hradqvedr

Hilmi

Epos ad Arinbiörnum, ſiue ejus Fragmentum.

I. *Sum poëta* 1) *citus*

Regem

*) Poëmatio huic unius verſus ſpatiolum relictum eſt in contextu membranæ, at ad calcem Hiſtoriæ noſtræ olim illatum fuit eidem Membranæ, manu tamen aliquanto recentiore, quanquam non admodum nova, occupat ibi hodie unam paginam, at ſine dubio olim in aliud folium excurrebat, quod jam dudum deperditum eſſe credibile eſt. Paginæ, quæ reſtat, quarta et ultima pars lectionem penitus reſpuit, propter detritam et obliteratam ſcripturam, neque ulterius progreditur apographum Asgeiri chartaceum libro E noſtræ Hiſtoriæ incertum, quod ideo E appello; id tamen immediate non eſt tradux membranæ, ſed exſcriptum eſt, teſte Arna Magnæo, e ſchidio Epodis (Drápu-ſlitri) ſine dubio chartaceo, quod ille (Arnas) olim poſſedit, quodque ab eo nactus Thormodus ſuis Egilsſogæ exemplaribus inferri curauit, interpolatione non ferenda, ut vir laudatus cenſet. Idem in eadem ſchedula libro E adjuncta obſeruat, in nemine Egilsſagæ exemplarium exſtare hoc poëma, niſi iis, quæ Thormodus deſcribi fecerit; ſed quid illis, excepto E ſolo, hodie factum ſit, ignoratur. De altero fragmento poëmatis, quod beneficio Johannis Finnæi Epiſcopi in collationem adhibui, mentionem feci, introductione ad Sonar-Torrek, quod ut antiquius, emendatius et uno verſu octoſticho, ſiue duobus hemiſtichiis altero plenius, verisimile eſt traducem eſſe membranæ noſtræ, quæ, tempore, quo fragmentum illud ſcriptum eſt, probabiliter aliquanto liquidior ad legendum erat, quam eſt hodie; quod concludo ex duobus poſtremis hemiſtichiis, nam hoc tempore vix unum aut alterum verbulum horum conjecturæ in membr. capax eſt, nedum certe lectionis, et prius tamen vix ullum ſenſum idoneum, admittit, licet verba ſic ſatis clara ſint, res tamen eſt obſcura; quod et de multis aliis hujus poëmatis locis dici poteſt, ut obſcura ſint tam ad verba, quam ad rem. Nihilominus operæ meæ et laboni nolui parcere, ſiquid ad id exponendum et illuſtrandum utile aferre potuiſſem, quod, ne quid glorior, poſt ſex menſium tempus perparum eſt, cum tamen ad manum habuerim magni antiquarii Gunnari Pauli Interpretationem et notas, in quibus multa ei feliciter ceſſerunt, ſed multa adhuc in ambiguo hærent, et hærebunt, opinor, in poſterum; quantumuis omne ſtudium, et omnem meam ſcientiolam in his rebus, quantulacunque eſt, in id contalerim, ut aliquam luculam hiſce ſcidiis adferrem. Quod fortaſſe alius a me non curaſſet, ſed dignitas rei et elegantia carminis id

Hilmi at mæra. *Regem celebrare:*
En glap-máll *At 2) incuriosus in sermone (carmine)*
Um *De*

postulabat, nam inter carmina Egilli hæc laciniola suo merito summum locum obtinet. Siue rem siue verba respicias, et citantur sub Egilli nomine nonnulla in Edda Snorrii et in Skálda Olai Theodori, quæ hodie in nostris exemplaribus adparent, citatur quoque versus octostichus, quem non ambigo ultimum fuisse in hoc poëmate, eum versum adfero sub calcem poëmatis, ille sic incipit: *Varc árvacr* etc. sed in nostris exemplaribus hodie deperditus est.

þ) Ita Membr. atque E et I. siue exemplar S. V. Johannes Finnæi adbreuiate G. Pauli maluit *bradqvedr*, nulla sub causa idonea.

1) Extemporaneus, *reddit* G. Pauli, *quod justo plus mihi videtur, ceterum nemo negare potest Egillo facultatem poëticam in summo gradu, quam demonstrauit, cum* Redemtionem *capitis composuit, una nocte, in tantis difficultatibus constitutus, ut legere est in Historia nostra Pag.* 409 *et sequ.*

2) Verba parum pensitans, *reddebat* G. Pauli *et hæc adscripsit:* eg glep, nebulas offundo, oculos hebeto. Glappi, homo inconsideratus, stultiuidus. mer glapnas syn, hebetantur mihi oculi. Elliglöp, Paroramata senilia. *Hinc ergo* Glapmáll *vel* obscuriloquus, *vel* libere *nec* anxie verba effundens. Glap skulld, delicti mulcta. Hallfr. *in* Olafssaga. *G Pauli. Notio* ⁊c Glap *in voce composita* Glapmáll, *mihi admodum ambigue est, neque possum quidquam de illa certi statuere, ratio vertitur in Etymologia sive deriuatione. Quæ adhucdum incerta est, et ad conjecturam redit, vide* me *tamen in* Gloss. Eddæ Sæm. *Et re vize pensitata, eo mea sententia inclinat, ut* Glap *in voce* Glapmáll *et similibus adsine sit Latinis verbis* labo *et* labor; *posset adeo* Glapmál *hic non incommode exponi, per* in sermone *vel* carmine titubans, temere, inconsulte garrulus. um Glegg vínga, de ad rem attentis. *Nempe quod ob horum odium non temperaret sibi ab dicteriis in eos jaciendis. Ad rem parandam. Auarus quidem erat* Egillus, *sed non ideo in ea seruanda sordidus, neque enim hæc vitia (auaritia et senacitas) semper necessario conjunctæ sunt: et habemus de ipso Egillo supra;* Han hafdi gott skaplindi til þess, at vera stormenni. at glapna (glepiazt) *habemus in ipsa* Historia nostra Cap. ante penult. *de Egillo:* Hönum glapnadi bædi syn ok heyrn, *quod meam deriuationem supra memoratam firmare videtur. Sed quid* Glapskulld *sit apud* Hallfr. poëtam, *superius a G. Pauli laudatum, non facile dixerim, etsi circumstantias in ejus carmine considerem; credibile tamen est* culpam temere (lapsu humanæ naturæ) contractam, et mulctam pro ea *ab Hallfredo significari.* In Hist nostra pag. 172 *habemus vocem* Glapstigu, *de qua* ego *conferri possum* pag. sequ. N. 2

æ) Um gleggvínga.
Opin-ſpiallr
Um iöfurs dádum.
En þag-mælſkr
Um þiódlýgi.

II. Skaupi ö) gnegdr
a) Skrauk-berandum.

3) *De Tenacibus:*
4) *Libere loquens*
De moribus (artibus) Regiis,
Sed taciturnus 5)
De populari mendacio.

II. 6) *Ironia ſcatens,*
Erga homines vaniloquos;

Emk Sum

æ) *Um* eſt in Membr. et I. hic et in ultima linea verſus. vid, *erga*, m. m. pro eo præfert E utroque loco, quod, etſi aliquanto commodius videri poſſit, in ſe tamen falſum eſt et a falſa lectione profectum.

ö) Ita E et I. ſed G. Pauli malit gnegdr, quod eſt vulgatius, eodem ſenſu.

a) Skrautberandum *oſtentatores* adpoſuit G. Pauli.

3) vid Gleggvinga; *per* in Eucliones *reddit* G. Pauli, *quod fortaſſe omnes non intelligunt*, Euclio *tamen eſt* perſonæ auari, in Plauti fabula, Aulularia. [*Porro vir laudatus hæc adnotauit:* Glöggr, res celeriter agnoſcens ac dignoſcens. Glöggt diſtincte, perſpicue, accurate. Glöggſkygn, acute cernens. Glöggr *etiam* parcus, Hymisquida etc. (vide me ſi placet in Gloſſario Eddæ Sæm. G. M.) prov. Glöggr er ſá, ſem götuna ſparar. Parcus eſt, qui ſemitæ parcet, ſiue non calcando ſiue prohibendo. *Hinc* Glöggvingr (*tamen in noſtro textu erat et eſt* Gleggvingr. *G. M.*) *vel homo triparcus vel etiam* perſpicax, *et tum* Glapmáll *notat, non ita* accurate loquentem, *ut iis* ſe poëta ſatisfacturum confidat. *Hæc ille, cujus ultimam expoſitionem to* Glapmáll, *in medium relinquo, ſed non dubito to* Gleggvingr *de* homine triparco *accipiendum eſſe. Vide not. proxime præcedentem.*

4) Opin-ſpiallr, *per* apertiloquus *reddidit G. Pauli, quod fortaſſe adeo latinum non ſit, etſi, ille id ſatis analogice formauerit. Porro* dádum *reddidit* virtutibus, *in qua re opinor eum erraſſe, nam* dádir *hic eſt vocabulum medii ſignificatus, quod tam ad vitia quam ad virtutes poteſt adplicari, quemadmodum habemus in Hymno noſtro eccleſiaſtico, feſto anni ineuntis:* Ef villdi han yfir oſs falla, ſem vor er ſynd ok dád, med jafnri hefnd ok þín *etc. ubi* Dád *nihil aliud poteſt notare quam* factum vel opus. *At in laudando Rege, Egillo nihil opus erat libere loquendi facultate, ſed in Regis vitiis improbandis opus erat.*

5) *Hic eſt viri prudentis caracter; nam refutare conari, mendacium populi uniuerſi eſt temerarium, adprobare, eſt improbum, cum ſilentii contemtu omittere tutiſſimum eſt.*

6) Skaupi gnegdr *hic vix aliud* Skaup

Emk *b*) vilqvidr
Um vini mína.
Sótt *c*) hefik maurg
Milldínga Siöt
Med grunlauzt
d) Grepps um *e*) ædi.

Sum in canendo propitius,
Erga meos amicos.
Inuiſi multas,
Regum ſedes.
Cum intrepido
Animo 7) *virili.*

III. Hafda ek endr,
Ýnglingz búrar,
Riks

III. *Ergo olim*
Regis filii,
Po-

quam Skop, *Irònia*, ludibrium; *et ita forte, imo certe (G. M.) in Grettis Saga ſtroph. penult. G. Pauli occurrit etiam vox hæc in verſu* Kormaki Ögmundini: Þer vard hlaup at *ſkaupi* ɔ: *tibi impetus ludibrio ceſſit. Dubium autem nullum eſt, quin* Skaup, gr. σκωπτω, irrideo, *cognatum ſit, unde et ſcopticus et ſcoptici in latinitate barbara.* Skraukberandr *poſſunt exponi per cauillatores vel homines dicaces.* Ordſkrauk *vocatur dicterium Finni Arnaſoni Comitis in regem Haraldum Severum:* Eigi er undur at þu hafir hitiz vel, ſidan merin var i ferdinni. *Ubi* cognatam *ſuam* Regis concubinam equæ, ſed Regem ipſum equo admiſſario, *adſimulat: cum verbis autem hiſce Egilli conferri poſſunt ex* Hâvamális Hlâtr vid Hlâtri ſkulu Höldar taka, enn lauſung vid lygi, ɔ: riſum pro riſu *accipiant homines* et vanitatem (leuitatem) pro mendacio. *Denique* in *ſtroph. ſequ.* Vilquidr *per* blandicanus *reddit G. Pauli. quam latine, ipſe viderit.*

b) vilkvedr vel vilqvædr, foret rectius; ſed alterum tamen retinuit G. Pauli, quod in E adbreuiatum habetur — qdr.

c) hefuirek, J. alterutrum elementum aut *f* aut *u* redundat ex corrupto more, quo Dani eo tempore amarunt ſcribere *haffver* pro *haver.*

d) Ita reſtituebat G. Pauli, cui conſentiunt E et I. ſed in exemplari ad eum transmiſſo erat greips per errorem ſcribæ vel dictantis. Illud tamen greips retinuit idem vir et expoſuit gryphis, ſine ulteriori illuſtratione, quod fateor me non intelligere, quod greipr *ſæuum, atrocem* notet, certius eſſe opinor, atque huc non facile poteſt adplicari.

e) ödi, E et I. quod G. Pauli recte mutavit in ædi.

7) *Sine* pœtam *ſiue* virum *denotet* greppr, *parum inter eſt, nam* Edda *diſerte habet.* Greppar heita þeir menn er fara med ſkâlidſkap, ok ſva má kalla hvern mann. *Verſionem ille nullam ulteriorem illuſtrationemve adpoſuit.*

Riks Konungs,
Reidi fengna.
Dróg ek diarfhött
Um dauckva ſkör.
Let ek *f*) herſi
Heim um ſóttan.

IV. Þar er *g*) Allvaldr
Und *h*) ýgrs hiálmi

8) *Potentis Regis,*
Iram nactus eram:
Induxi 9) *audacem cuculum,*
Atro capiti.
Atque Præfectum
Domum viſitaui.

IV. *Ubi Rex*
Sub 10) *horrenda galea*

Liód- Car-

f) Ita recte repoſuit G. Pauli, cum exemplaria noſtra præferant, Herfir, mendoſe. Nam hic eſt nominandi caſus, non accuſandi.

g) Alvalldr per unum l, pro all in priori parte vocis rectius foret, vide me in Eddæ gloſſario ea voce, ambo tamen exemplaria una cum ipſa membr. præferunt Allvalldr.

h) ægis, adpoſuit G. Pauli in parentheſi, retinuit tamen alterum quod eadem analogia formatum videri poteſt ab ygr, uti íturs genetiv. a nominatiuo itur *eximius*, apud Snorrium in claue metrica.

8) Impetioſi *in parentheſi adpoſuit G. Pauli, non male, nam* Eiricus Blódöx *nihilominus erat quam Rex potens, ut videmus in hac Hiſtoria, ſed animo feruidus atque impetuoſus ſine dubio erat. Porro* Hafda ek Reidi fengna *idem interpres expoſuit* per, in me concitata erat. *Ira, quod facile videre eſt longe a verbis textus aberrare;* morbum nanciſci, *dicunt latini, quidni ergo* iram nanciſci?

9) In diarfhött audaci cucullo, *eſt audax hypallage, cum ſuam audaciam cucullo tribuat poëta. Minus placet interpretatio G. Pauli:* Indui audacem faciem cuculla, nigr. cap. *Ipſam rem quod attinet* habemus de Egillo ſupra, cum ad Eiricum Regem et Arinbiörnum in Anglia venerit: Han hafdi ſídan Hatt (Hött) yfir hiálmi, pag. Hiſt. noſtræ 407.

10) ɔ: vultu truci. *de* galea terribili ægis hiálmr *videri poteſt* Volſúnga Saga, *item* Edda, Sörla Þáttr etc., *et* ægis hiálmr í augum, *eſt* majeſtaticum quid *et* terribile, *ut de quibusdam in* Hiſtoriis *legitur*, qui ſenſus ex ſtropha (verſu) *ſequenti illuſtratur: Litteræ autem* y *et* æ *facile permutantur.* G. Pauli. *Aliquid huc pertinens adfero ad* verſ. *ſequentem.*

i) Liódframadr	*Carmine celebratus*
At landi ſat.	*Regioni præerat:*
Stýrir Konongr	11) *Regit Rex*
k) Vid ſtirdann hug	*Rigido animo*
I Jórvík	*In urbe Jorvici*
Urgum *l*) hiörvi.	12) *Madidum gladium.*

i) Sic utrumque exemplar et ſeruauit G. Pauli, ſenſu, qui in verſione expreſſus eſt. Adnotauit autem: „Forte non minus bene Ládframadr vel Ládfrömudr, o: *Gentis decus, Regionis incrementorum auctor.*„ Liódfrömudr *populi utilitates promouens* etiam cogitari poſſit, nam Liódr eſt *populus*, a quo vulgatum Lydr paulum variatum eſt. Non tamen credibile eſt Egillum tam decoro vocabulo Eiricum Regem inimicum ſuum et præterea piratam et tyrannum cohoneſtaſſe, *quem alias in ſuis carmininibus* Folkmygir et Lögbrygdr *appellare non veretur.* Denique, dubium eſt, an framadr, ſenſum *agendi* admittat, ergo neceſſario amplectendum erat id, quod in verſione viſitur, etſi ſua non careat difficultate. Quod autem ea vox paſſiuum ſenſum admittat nemo negauerit.

k) Hanc voculam neceſſario adjecit G. Pauli de ſuo, nam ſine ea vix conſtat ſententia. Conferre tamen licet ſupra Cap. xxvii. extremo: Þeir figldu -- byr gódan, ok biart vedr, ubi *vid* ante byr ſubaudiendum videtur.

l) Hiarni, adponit E pro varia lectione, quod valet, *capite*, vide me in Gloſſario Eddæ, voce Hiarnr. et foret *caput* hic pro *ingenio* poſitum, et Urgr valeret *ſævus.* Styrir autem ante reddendum foret, *utitur*, præditus eſt. cfr. notam. Hæc tamen lectio nempe Hiarni non caret tautologiæ vitio propter ſtroph. 6.

11) *Neſcio quam latinum ſit*, regere gladium; *malim ergo vertere:* Gladium geſtat, gladio utitur, *nam* at ſtyra *interdum ſic accipitur, ut* at ſtyra giæfu, *et* ſtyra kraunku vedri, *ubi non opinor ſenſum eſſe*, regere fortunam vel regere malam tempeſtatem, *ſed* uti fortuna, uti mala tempeſtate. *Altera explicatio eſt a* G. Pauli.

12) Sanguinolentum, [*quod bene quadrat* in ſanguinarium Eirici Regis ingenium *et* exercitium. *G. M.*] *De* voce úr *ſupra* [*nempe pag.* 214. *n.* 3. G. M.] *Hinc* úrigr *et contracte* úrgr, madidus, roſcidus, rore adſperſus: *ut* Urigfiöll, urgr foſs, urgr ſtafn. *G. Pauli.* *Quo addo* úrga ſtrönd *ex* Knytlinga Saga. *De* voce úr, *unde* úrigr, *deductum eſt*, conf. Eddam Snorr. *Fab. de* ortu Ymeri.

V. Vara þat Túnglſkin
m) Tryggt at líta
Ne ógnlauzt
Eiriks *n*) brá.
Þá er ormfránn

V. *Non erat ille ſplendor lunaris*
Tutus adſpectu
Nec ſine terrore (*minis*)
Eirici 13) *palpebrarum:*
Cum 14) *ſerpentis in modum acris*
(*micans*)
Fron-

Enni-

Credibile eſt ex eo loco úr *cognatum eſſe lat.* virus.

m) Ita repoſuit G. Pauli pro trykt, quod duriuſcule præferunt E. I. et ipſa Membr.

n) Brá videtur fuiſſe in Membr. unde tamen hodie non reſtat niſi prima litera et aliquid adbreuiate ſupra ſcriptum. Hanc ergo lectionem in contextum intuli, quo adpellatio *oculi* vel *viſus* ſuppleatur quæ ante erat mutila, aut certe non recte formata; quomodo enim, *lunaris ſplendor labiorum*, locum habere poteſt de oculorum ſplendore. Ita tamen reddere placuit homini acuto et docte Gunnaro Pauli, cum in chartaceis exemplaribus legeretur vara. Nullam autem illuſtrationem huic ſuæ interpretationi addidit ille. Si vara foret recta lectio, debuerat pro verbo accipi, cum negatione ſuffixa, et eſſet ſenſus; *non erat;* duabus negationibus pro una poſitis ſententiæ intendendæ gratia, quod interdum in Edda Sæm. occurrit, et a me in Gloſſario notatum eſt. Iterum tamen, hac lectione adoptata, adpellatio Túnglſkin, non foret ſatis plena. Neminem offendat quod Brá non Bráa in genit. plurali hic ponatur, ita enim *á amnium* habemus in Edda Snorr. plus uno loco, non áa, quod tamen regula poſceret.

13) Túnglſkin Eiriks brá *in ſenſu connectenda ſunt.* brá-tungl, *palpebrarum, luna* vel latius *aſtrum quoduis* vel ſidus, (*ut in voce* Himintúngl *videmus*) *notat* oculum, ejus ſkin adſpectum.

14) Fránn politus, leuis ormfrán augu *acres oculi*, *Barth. Anſ. pag.* 233-34, et ötul voro augu ſem í yrmlíngi; Rígsþula etc. *G. Pauli. Occurrunt quoque* ormfrán augu *in* carmine Sighvati Poëtæ, *de* oculis Olai Sancti Regis, *ineunte prælio Stiklaſtadenſi*, *cujus* carminis poſterior pars *ita habet:* Þordut þrænſkir Firdar, þótti herſa drottinn, ægiligr í augun; ormfrán ſia hánum. *De vi talium oculorum mirifica habetur exemplum in* Hymisquida, *de* columna ad aſpectum Hymeris diſſiliente, *ubi notam vide. Tale etiam aliquid de* oculis Cæſaris Auguſti *refert* Svetonius; *et fama eſt*, exiſtitiſſe homines qui ſolo viſu interfecerint.

Ennimáni
Skein Allvallz
Ægi-geiſlum.

VI. Þó ek o) bólſtr-verd
Um bera þorda
Maka

Frontis luna 14b)
Fulſit Regis
15) *Trementis radiis.*

VI. *Tamen* 16) *pretium capitis*
Offerre auſus ſum
Sal-

o) Bólſtverd ſuppoſuit G. Pauli contra noſtra exemplaria ſine cauſa idonea, et præterea merito dubitatur, an Bólſt exiſtat, et ſi exiſtit, velim ſcire, quid ſignificet.

14b) o: oculus. *Qui etiam* bra-máni *appellatur in* eleganti carmine Gunnlogi Ormstúngæ.

15) Mer ægir terreor, nimietate quadam commoueor. Ægir *tum* maris appellatio, *quo erat nihil terribilius*, *tum* nomen virile *in* Edda; conf. Hypn. *in* v. at óga. *huc etiam refer* ægishiálm v. 4. geiſli (vel geyſli) radius, *haud inuite a verbo* ek gys, effundor, effuſio, emanatio. *G. Pauli.*

16) Bólſtr, ceruical, *forte et* cubile, *nam accipitur etiam de* cubili niuali pecudum. *Ad priorem ſignificatum quod attinet, conferendum eſt hoc ex* Edda Sæmundi; *de* Gudruna Giúkiade Sigurdum maritum lugente: Þá hne Gudrún höll vid bólſtri, tum Gudrúna ſe pronam in *cernical* inclinauit. Maki, par, compar, ſocius, conſors. *Hinc, in re dubia nihil probabilius mihi ſuccurrebat, quam per* bólſtr maka, caput intelligere, *nam inter* caput cubantis *atque* ceruical cui incubatur *eatenus eſt aliqua ſpecies conſortii. Eſt adeo verborum ordo:* Þó þorda ek bera bólſtr maka verdu. Capitis pretium, o: *nobile illud carmen quo caput ſuum redemit,* hængs markar drottni. *Si tamen* bólſtr *de* cubili *et latius de* ſede loco quietis, *atque porro per* metatheſin *ſiue* ſynonymiam id *pro* voce grid, *quæ et* locum manendi *ſignificat, et* pacem, ſecuritatem, veniam, *accepiſſe velimus, ſenſum quidem coactum eruerimus, ſed fortaſſe tamen verum, cum licentia poetarum veterum in tali figura nota ſit.* G. Pauli bólſtr verd *per* poëma *expoſuit, nulla ratione reddita, quod neque opinor ei facile fuiſſe. Super totum tamen hoc prius* hemiſtichium, (*cujus non niſi duas priores lineas transtulit*) hæc adnotat: „*habet hic* prior ſtrophæ pars, *verba quidem per ſe non obſcura, ſed quorum junctorum ratio me fugit, nulla patente emendationis via ſenſum interim ſatis certum ſuggerente parte poſteriore.*“ Hæc ille: *Si* verba per ſe non obſcura erant, *ut ipſe fateris, vir optime! cur ergo ea ſingulatim in notis non explicuiſti?*

p) Maka hængz
Markar drottni:
Sva at yggz full
Ýranda kom
At hvers manns
Hlusta-munnum.

VII. Ne hamfagurt
Hölldum þótti

17) *Salmonum agri*
Domino:
Ita ut Odini poculum
18) *Rorans veniret*
Ad cujusvis hominis
19) *Aurium ora.*

VII. *Neque ſpecioſum*
Hominibus viſum eſt

Skálld-

Mei

p) Ita non dubitaui edere ex *J.* ſolo, rationem vide in nota. *E* adbreuiate exhibet mã, quod quomodo legi debeat, incertum eſt, etſi máek lectum eſſe videam in exemplari ad Gunnarum Pauli transmiſſo, quod eſt tradux τo E. ſed ea lectio nullum ſenſum commodum importat, ergo dudum credidi má ok legendum eſſe; má pro máſs, vulgo máfs a nominatiue márr (máfr) *Gauia*, auis maritima rapax; má (márs) ok hængs, mörk foret *maris adpellatio periphraſtica* abundans, ſed tamen non carens exemplo; Hængsmaka mörk etiam poſſet eſſe *mare*, ſi Salmonis conſortes de *Piſcibus* accipiantur. G. Pauli verſio haſce duas lineas, nempe hanc et ſequentem in vacuo reliquit.

17) Hængz markar, ɔ: maris, *ubi ſalmo viuit;* Eiricus *autem erat celebris Rex maritimus et* magnus pirita, *hinc merito* maris Dominus *ſiue* arbiter *adpellatur.*

18) *Quod ad illuſtrandam vocem* yranda *pertinet, conf. n.* 12. *ſupra, et pag.* 213. *lin. ult.* textus, *ac* 214. *n.* 3. *at* yra *verbum eſt non protritum, videtur tamen proprie notare* guttatim adſpergere, inſtillare. *Credo* Egillum, *cum hoc verbo uſus eſt, ſingula verba hujus poëmatis per totidem* guttas poculi Odiniani *deſignaſſe phantaſia quadam poëtica.*

19) *Cum præmiſerit* full poculum, *ex quo ore bibitur, bene ſubdidit* munnar ora. *Quæ tamen idonea determinatione (nempe* hlufta) *ad aures adplicauit. Si* hlufta *ſimpliciter poſuiſſet, aduerſus legem allegoricam peccaſſet, neque enim ex poculo bibitur auribus; ergo artificium et ingenium poëticum hic eſt agnoſcendum, etſi fortaſſe non ad palatum ſit hominum hodiernorum.*

Skálldfe mitt
At ſkata húſum;
Þá er úlfgrátt
Vid *q*) yggiar midi
r) Hatt-ſtaup
At hilmi þág.

VIII.

20) *Mei carminis pretium*
In principis ædibus;
Cum lupino-cinereum
Pro Odini medo
21) *Pilei* (*cuculi*) *farctum*
Ab Rege dono nactus ſum.

VIII.

De hluſtum *vide G. Pauli ad* verſ. IX. lin. 3 et 4. *Ipſe hoc loco* Hluſta munna *reddidit per* patentes aures, *parum accurate.*

q) yggrar, mendoſe. E. et I.

r) Hattſtaup, E. I. et Membr. quod G. Pauli ſine neceſſitate mutauit in Hattarſtaup. Credo, ut ſtropha haberet juſtam longitudinem, quæ alias tamen una ſyllaba demta, ſuam menſuram tueri poteſt, id quod alibi in hoc libro contra Gunnarum Pauli demonſtraui de carmine heroico, Dróttqvædum hætti; interim curioſa eſt notula Domini Gunnari, hæc nempe: [Hattar genetiuus poteſt eſſe, vel ab Hattr, pileus, vel ab Höttr, cuculus (vide ſtroph. 3.) ſenſu hic indifferente].

20) ɔ: caput; *de cujus deformitate ipſe* poëta *teſtatur hoc* verſiculo *ſupra:* Erumka leitt, þó at *liótr* (*liótt*) of ſe, *Hiálmaklett*, af Hilmi at þiggia. pag. 459. Hamfagrt, *ame*, G. Pauli *vertit;* externe pulchrum.

21) Staup, fuſum quid, *et* intra matricem concretum; *atque inde* exemtum, *ut metallum, glacies, ſæuum; atque hinc et hoc modo* Hattarſtaup, caput, *intra* pileum *tanquam vaſe contentum etc. conf.* Hypn. Gl. Synt. *in* v. ſteypa. Staupſmidr, faber fuſorius. *G. Pauli. Hæc notula inter ejus ſubtiliſſimas et accuratiſſimas numerare meretur. Nihilotamen minus, parum feliciter* Staup *expreſſit per* ſedem apertam *in ſua verſione; et fatendum eſt, latine id exprimere difficile eſſe, uſus ſum voce* farctus, *quæ ſignificat id* quo aliquid farcitur, ſtipatur, *ita* Plautus, *vocat* corpus veſtis farctum, *nempe quod veſtem impleat. Poſſet quoque non incommode exprimi per* ſtipamen, ſtipamentum, implementum.

VIII. *s*) Vid þuí tók
En *t*) týru fýlgðu
u) Saukk *x*) ſvart leit
Sídra *y*) brúna:

Ok

VIII. *Id luberis accepi*
At una ſequebantur
22) *Gurgites nigricolores*
Promiſſorum ſuperciliorum languidæ
lampadis;
Atque

s) Hanc ſtrophan, nimis mancam, iis intactam relinquere neceſſe eſt, qui ſupplere poſſunt *G. Pauli*. Poſterius hemiſtichium hic ſatis plenum et emendatum exhibent mea exemplaria, ſi unam vocem excepero, quam videre eſt ſub var. l. a. Sed prius hemiſtichium ſuppleui ex Edda Snorrii in oculorum appellationibus periphraſticis.

t) Ira Edda Cod. Worm. Sed alii quidam Codices, Tíru per i; rationis cardo in Etymo vertitur, nam ſi a verbo at Tóra vocem ducamus, quod eſt, *ægram vitam trahere* per y ſcribendum eſt; ſi autem ab, at tæra, quod eſt *minuere*, *attenuare*, *conſumere* referendum, ut videtur, ad Lat. *Tero*, ſcriptio per i ſimplex bene ſe habet. Vide etiam Tíri m. g. in Collectione Eddica anteceſſoris mei *J. Olavii* Grunnauicenſis, quæ, quantum poteſt plena et accurata eſt. Poſſit autem illud Tíri, in Nominatiuo Tír vel Tírr, donum Gr. τωρον denotare; per *Gloria*, *decus*, exponitur hæc vox ab J. Olavio Hypnoneſio, in Indice vocum ad Tractatum ſuum, multifaria eruditione refertum, de *arte* poëtica veteris Septentrionis (Dan. om Nordens gamle Digtekonſt).

u) Sog, *æſtuaria*, vel, ut viro doctiſſimo modo laudato videtur, *torrentes*, habent quædam Eddæ exemplaria.

x) Ira videtur in membrana eſſe, quod unice verum puto, et id aliquatenus firmant E et I. in quibus corrupte habetur: ſva at leits. Supra in noſtra Hiſtoria legimus de Egillo, pag. 305: Egill var ſvarteygr ok ſkolbrúnn. Edda tamen Snorrii hic præfert: ſamleit, an ſámleit? *unicolores*, vel ſubaquilos, ſubfuſcos. Sámr in lingua noſtra hodierna *ſubfuſcum* quid notat, et credo id vocabulum adfine eſſe *Gall.* Sombre, *obſcurus*.

y) Bríma, E et I. lapſu facili.

22) *Hæc* oculorum periphraſtica appellatio *vereor ut ſe adprobet faſtidioſæ elegantiæ noſtrorum temporum, ſed ea ad ornatum carminis pertinet, et fortaſſe in adparente vaſtitate ſua nihil reapſe habuerit ſuperflui, ſi cogitemus, poëtam per illam adludere ad* oculos alte in caput depreſſos et viſu languidos, *vel* a pilis imminentium ſuperciliorum opacatos, vel inumbratos. *Porro ab* aquis *denominat* oculos, *propter* humores, quibus innatat pupilla, et qui ei pro ſpeculo ſunt; *talis autem adpellatio in Edda*

z) Ok ſá þ) mudr
Er æ) mína bar
a) Hefd b) for hilmis kne.

IX. Þar er tannfiöld
Meþ tungu þág,
Sem hlertiölld
Hluſt-

Atque illud os
Quod meum protulit
23) *Præconium ante regis genua.*

IX. *Ubi* 24) *dentium multitudinem*
Cum lingua dono accepi,
Ut et 25) *auditoria (acuſtica) tentoria*
Inte-

mihi non inuenta eſt, verum ea, quæ a ſuperciliis, palpebris, vel ciliis, *ducta eſt.*

z) At, Iid. pro quo alterum reſtitui.

þ) Madr, J. corrupte.

æ) Fortaſſe, minni, de qua conjectura vide Var. ſequ.

a) Ita neceſſario reſtitui pro eo, quod E et I. præferunt, höfd, inſolens vocabulum; alterum autem *decus* vel *dignitatem*, ſignificat. Et ſi conjectura mea ſuperiore Var. l. valere debeat, ſenſus foret: *Os, quod meo decori congruebat;* ut facete ludat de ſua *deformitate* poëta. Fortaſſe etiam *barbam* intelligat; notum eſt illud poëtæ: *Barba* viros hirtæque decent in corpore ſetæ.

b) Ita reſtitui; nam E et I. præferunt frá, quod commode huc adplicari nequit.

23) *Intelligit Poëma* Höfudlauſn, *quo Ericum regem, quantum fieri potuit, celebrauit. Porro de dictione*, for kne, *aliquid nugatus ſum ad Fiolſvinns-mál in Edda Sæm. Tom. I. v.* 38. *not.* 47. *Video etiam phraſin*, at koma fyrir kne einum, *in Konráds Rímum Keiſara-ſonar, qui rythmi, in ſua ſimplicitate elegantes, circa aut paullo ante Reformationis tempora a Sigurdo Cæco noſtrate creduntur eſſe conditi. Vide et* kne *in ejusdem Gloſſario.*

24) *Hoc et priore verſu ſigillatim facta recenſio partium capitis etiam ſpectat ad exornationem poëticam, uti et ad amplificandum verbis meritum Arinbiörni, cujus interceſſioni caput ſuum cum omnibus ejus adjunctis acceptum tulit poëta.*

25) Hleri, operculum *ſ.* janua, feneſtræ. at ſtanda á hleri, ſermones aliorum legere. hlera eptir, auſculture. Tialld, tentorium, aulæum. Hlertialld *ergo*, auris exterior et amplior, ſcapha: hluſt (qs. hludſt, *a* hlióð) auris interior et anguſtior, meatus acuſticus *ſ.* aluearium. *Unde et auriculæ animalium parum vel nihil pendulæ aut prominulæ, non* eyru *dicuntur*, ſed hluſtir, *e. gr. phocarum, urſorum, vulpecularum.* G. Pauli.

Hluſtum gaufgut,	*Interioribus meatibus* 26) *ornata:*
En ſú giöf	*Illud autem donum*
Gulli betri	*Auro melius*
c) Hródugs Konúngs	*Celebris regis*
Um heitin var.	*Cenſebatur eſſe.*
X. Þar ſtód mer	X. *Ibi mihi ſtetit*
d) Mörgum betri	*Multis melior*
e) Hoddfinnendum	*Auri poſſeſſoribus*
Á hlid adra	*Ad alterum latus*
Tryggr	*Fidus*

c) Hródgs, Iid. quod mirum eſt G. Pauli adprobaſſe; nam nimis durum eſt in enuntiatione, quapropter ego alterum mollius et uſitatius ſubſtitui.

d) Mörgum, J. quod et oportune conjecerat G. Pauli; ſed mörgrum, corrupte, E. Deinde vater, I et E. ſenſu caſſum, unde G. Pauli refecit, betri. Ejus verba hæc ſunt: Hic ex mörgrum vater hodfinda menn, partim etymologice, partim ſyntactice nullum ſenſum fundentibus, facere aliquid neceſſe fuit, non nimis diſſimile, quod intelligi poſſit; quæ etiam verba ad ſequentem ſtrophan referenda ſunt. Ego conjiciebam: margir um váru hótfindnir menn, i. e. *multi erant maligni carptores* vel *minutiarum obſeruatores*, quod in parentheſi foret ponendum, et ad cætera non pertineret. Scimus vocem hótfindinn eum ſenſum habere, et fortaſſe fuerint in aula Erici regis, præter Gunnhildam reginam, qui ejus delictum exaggerauerint, etſi ſolius reginæ in Hiſtoria noſtra fiat mentio, ubi de ea re agitur.

e) Ita ex conjectura mea ponere auſus ſum cum E et I. habeant hodfinda menn, quod eatenus retinuit G. Pauli, ut legeret hoddfinda, et ante inferret vid, ita vertens ſtropham: *Cum viris annulorum inuentoribus;* ſed ego hoc non ſatis Eddicum vel poëticum arbitror; nam eſſet hoddfindr foret *viri* adpellatio, de quo ambigi poteſt, tunc madr, in pl. menn, foret ſuperfluum et contra regulas; præterea findr in talibus terminationibus non ſignificat *inuentorem*, ſed eum, *qui inueniri poteſt*, quod probatur ex Sonar-Torreko noſtri poëtæ, ubi torfyndr exiſtit, et mea obſeruatio inſpicienda eſt.

26) Gaufgut, *vide Hypn. in v.* göfigr. Ek göfga, colo, veneror, orno, venerabilem facio. Hnoſſum gaufgut ſkrín

Tryggr vinr minn.	*Fidus meus amicus,*
Sá er ek trúa knáttag	*Cui fidere poteram,*
f) Heiþoradr	*Alte animatus* (*audax*)
Hveriu rádi.	*Ad quodlibet conſilium.*
XI. Arinbiörn	XI. *Arinbiörnus,*
Er oſs einn um hóf	*Qui nos ſolus ſubduxit*
g) Knía fremſtr	27) *Virorum ſummus*
Frá Konongs fiónum	*Regis* 28) *odiis,*

(*particip.*) *Knytl.* *Item* vopngöfugr, hiálmgöfugr, *in carminibus*, armis, galea, ornatus: *et vulgo* klædgöfugr, bene veſtitus.

f) Heiþoradi, E. ubi fortaſſe hinn ante ſubauditur; ſed G. Pauli inde cum ratione fecit quod in textu eſt. Heiþróadi, I. quod, ab Heid, *aurum*, poſſet notare opulentum; vel *celſum*, *ſublimem*, ſi heid ad hárr referimus, ut ſcribendum ſit heidþróadr, quod quadamtenus intelligo placuiſſe G. Pauli, qui hæc adſcripſit: „Heiþoradr dictum videri poteſt, uſitata antitheſi, pro háþoradr, *alte audiens.*„ Et autem illud þoradr in eo ſenſu ſatis inſolens, ut þorinn foret uſitatum ac ſecundum regulam; ſed þoradr, *audacia*, regulæ magis congrueret, ut foret ſenſus: *plenus audacia*, et deinde ad hverio rádi ſubintelligeretur, hans, eſſetque ſenſus: *Cujus cuilibet conſilio fidere tutum erat.*

g) Kina, habet E. pro prima lectione; ſi literam *n* duplices, foret faceta adluſio ad nomen Arinbiörni, nam Raudkinni et Raudkinnr dicuntur certæ ſpecies *urſorum*, ea forma prædítæ; habet tamen Edda in ferarum vocabulis nomen Kini, quod ſine dubio idem cum noſtro eſt; ut adeo Kina fremſtr, *ſit urſorum præcipuus*, adluſione ad *Biörni* vocabulum facta, eodem jure vel eadem injuria, atque Arinbiörnum alias in hoc poëmate licenter ſatis *Grórbiörn* adpellat poëta.

27) Knía, *Gen. pl. a* kníar, viri [*quod Edda habet in virorum vocabulis ſimplicibus.* G. M.], *quod a verbo* at knía, *i. e.* urgere, *proprie a re nauali ductum, naues enim remis urgentur.* G. Pauli.

28) Fiónum, *pl. caſus, neſcio an alibi facile obuius, adeoque probe obſeruandus, quemadmodum et ſupra neutrum genus vocis* Siót [*quæ ubi ſupra exiſtat, non ſatis memini, præterquam in* Höfudlauſn, *ubi tamen genus foemininum æque locum habere poteſt. Conf.* Siót *in Eddæ Sæm. Gloſſ.* G. M.]

Vinr þiódans	*Amicus regis,*
Er *h*) vetki laug	*Qui nihil mentitus eſt*
I *i*) herſkáſs	*In* 29) *bellicoſi*
Hilmis gardi.	*Regis aula.*
XII. Ok *k*) um ſtyrkum	XII. 30) *Et de firmo*
Ættar Studli	*Familiæ fulcro*
Let	*Dixit*

De vocabulo autem fión, *videri meretur Barth. Ant. pag.* 417. 85, *nec non Hypn. voce* Fiandi, *Gl. Synt.* G. Pauli. *Adde Edd. Sæm. Gloſſ.*

h) Vecki, E. unde G. Pauli reſtituit quod in textu eſt, regulæ ſatis congruenter, etſi vætki ſit uſitatius.

i) Fortaſſe herſká, pro herſkáum, legendum ſit; non enim mihi conſtat, vocabulum herſkárr de *perſona*, ſed de *loco*, uſurpari; ſed uteunque ſit, credo, id hoc loco per *infeſto* vel *infeſta*, transferri debere.

k) Hunc verſum tribus in locis mutilum ita, quadamtenus ſuppleuit G. Pauli, et hae quidem linea, de ſuo intulit: um ſtyrkum ættar; poſſet et ſuppleri, Kynſtyrkvum, ad menſuram ſtrophæ melius.

29) Herſkáſs, *gen. ſing. a nom.* herſkár, *quemadmodum* opinſkár *dicitur*, qui libere, aperte ac ſine inuolucris loquitur, *in neutro gen.* opinſkátt, quod palam ſit; *et in Hiſtoriis hinc ánde* herſkátt [*ſubaud.* land, *et inſpice var. lect.* G. M.] ubi frequentes piratarum aut aliorum hoſtium incurſiones. *G. Pauli.*

30) *Hunc ſenſum iſtius ſtrophæ ſuppeditant, quæ ejus ſuperſunt verba, unacum Haraldi pulchricomi, poſt cædem Thorulfi* [*pag.* 93 *ſupra*] *et Arinbiörni* *) *apud Ericum regem verbis; et huc ſpectant ſtrophæ præcedentis verba:* Sá er vetki laug, qui nihil mentitus eſt [*quæ tamen exponi poſſunt:* qui in nulla re fefellit. *G. M.*] *Poſt* ok *initiale, ſuppleui lacunam ante vocem* Studli, *qualem ſenſus requirebat, et verbis, qualia metrum. Poſt* Syni *inſerui vel potius vere reſtitui* Kvelldúlfs, *quem nemo, opinor, ſua ſede mouebit. Et tandem* Sonr Halfdanar *nullus alius eſt, quam Haraldus Pulchricomus filius Halfdani Nigri. Eſt vero nomen* Halfdanr *ex duobus integris conflatum*, Halfr *et* Danr, *qualia plurima dantur*, Hallſtein, Hallketil, Ketilbiörn, Bergſvein, *etc.* G. Pauli.

*) *In orationibus Arinbiörni ſ. interpellationibus pro Egillo apud Ericum regem, pag.* 415, 416 *ſeq. item* 422 *ſeq. ſupra hoc libro hæc non inueniuntur ab Arinbiörno dicta eſſe ex verbis Haraldi; quod*

Let *l*, Margframadr
Minna *m*) dáda
Syni *n*) Kvelldúlfs
o) Qvad ſonr Hálfdanar
p) At i veri
q) Ættar ſkari.

Dixit aſſiduus promotor 31)
Meorum commodorum:
Filio Kvelldulfi 32)
Dixit filius Halfdani
Ineſſe
33) *Familiæ damnum.*

XIII. XIII.

tamen non impedit, quo minus ea dixerit; nam ſunt exempla in priſcis monumentis noſtratium, quod ea, quæ omiſſa ſunt in ipſo contextu narrationis, adferantur ab ipſo heroe in ejus poëmatis: e. gr. a Grettero in carminibus ſuper ſuis rebus geſtis, quæ ſub obitum ſuum condidit, memoratur congreſſio ejus cum Thorfinno Arnoris filio et cum Torfio Vebrandi filio, de quibus in ipſa hiſtoria verbulum nullum exſtat; ſed prius tamen firmat Liósvetninga Saga ſub initio: unde de poſteriore facto non eſt dubitandum, etſi nulla alia ſuper eo relatio ad nos peruenerit. G. M.

l) Forte rectius, Margfrömudr, nam illud alterum paſſiuum eſt; vide Liódframadr ſupra v. IV.

m) Mihi magis placeret, ráda, i. e. *conditionis* vel *ſtatus*; nam mea verſio vocis dáda non omni dubio vacat. Gunnaris autem verſio per *catorthomatum* non ſatis perſpicua eſt.

n) Hic lacuna erat, quam ita ſuppleuit G. Pauli, poterat et ſimpliciter Ulfs, tranſlato in hanc ſtrophan verbo quod ex poſteriore ſtropha.

o) E et I. mutili præferunt, gd, unde Dn. Pauli fecit quod in textu eſt, propter cujus auctoritatem id ſeruare viſum eſt, etſi ea lectio non careat difficultate.

p) á? at vari, E. corrupte; iat, I., unde commode legi poteſt, i at veri, ſenſu eodem, et forſan ad rythmum melius.

q) öttar, E. et I. quod idem valet, ſed hodie inſolens eſt.

31) Laudator, *in parentheſi adpoſuit* G. Pauli, *quod ſi admittimus, ro* dáda *ſonauerit* virtutum.

32) Occiſo *ſcilicet.* G. Pauli. *Nunquam tamen dixit Haraldus familiam Thorulfi in ejus caſu jacturam paſſam eſſe, ſed dixit aliquanto majus nempe:* Skadi mikill er eptir menn ſíka (um ſíkan mann) *i. e.* magna in talium virorum (talis viri) jactura facta eſt.

33) *I. e.* magno familiæ (Kveldulfianæ) damno Thorulfum occubuiſſe. *G. Pauli.*

[XIII. *) Þat er órett
Er orpit hefir
A máſkeid
Mörgu gagni
Rá r) ok ridinn

[XIII. *Rectum non eſt*
Quod projecit
In 34) *gauiæ ſtudium*
Multa commoda
Antennæ vectus

Rauc- *Et*

*) Hunc verſum huc e Skallda intuli, quod neminem improbaturum opinor, nam ibi ſub Egilli nomine adlegatur.

r) Ita reſtituere mihi viſum eſt, cum Skallda habeat, or, unde ſenſus facile non dicitur; eſt autem ordo verborum: Ridinn rá-ſtódi ok rauckva, i. e. *qui frequenter in mari verſatus eſt*, quemadmodum Arinbiörnus, qui multum ætatis in re piratica exegit. Rauckvi, eſt nom. propr. Eddic. *regis maritimi.* Non autem inſolens eſt in adpellationibus periphraſticis unum ſuppoſitum a duobus adpoſitis denominare; in collectione Eddica Johannis Olavii Grunnauicenſis legitur Ramridinn, una voce, *ſtrenue vectus*, quod tamen opinor eſſe ex ejus conjectura.

s) Forte legendum vínþiófr, quod, ad *to* vidris adplicitum, ſonaret: *fur potus Odinici*, o: qui non recte utitur dote ſua poëtica.

34) Márr, gauia, *eſt auis marina, unde ejus curriculum vel ſtadium eſt* mare. *Edd. Snorr. de Niördo et Scadea:* Sá mik vekr er af vídi kemr Morgin hverian márr: *Id quod autem fruſtra et ſine compenſatione erogatum eſt, dicitur* kaſtat á ſæ, mar, *vel* glæ; glær *enim eſt* mare *in Edda, atque etiam in Biarnar Saga Hytdæla-kappa, et quidem in proſa, ubi Biörnus de Thordo Kolbeinſono, qui eum, poſt reconciliationem factam, probroſo carmine proſciderat, hæc dicit:* Ekki ſkal hann hafa þeſſi víſu á glæ kaſtat, helldr enn ödrum, *i. e.* faxo ne hanc cantilenam in mare projecerit o: fruſtra et ſine vice reddita, fuderit, potiusquam alias. *Snorrius in claue metrica parte II. v. ult. videtur etiam meæ ſententiæ adſtipulari.* Ejus verba: Sitt hafa veig (*forte* ſinn hafa veg) med vellum er verdan mik letu á alldinn mar orpit oſs er þat frami jöfrar; *ubi* vegr, *probabiliter eſt* decus *ſ.* honor *principum, quem Snorrius carmine celebrauit, et ipſe judicat ſe indignum fuiſſe negotio: atque adeo id ſibi fruſtra commiſſum. Scio tamen amicum meum Joh. Olavium aliter hæc intelligere, quem videre eſt in Indice Tractatus ſui ſupra laudati, voce* Veig-mar. *Eſt autem, mea quidem opinione,* veig *vel* vegr, *proprie* pondus, *et translate* honor, *ab* at vega, *ponderare.*

Rauckva ſtódi
Vellvönudr
Því er veitti mer.]

XIV. Munc *s*) vinþiófr
Verda heitinn
Ok *t*) váliúngr
At vidris *u*) fulli
Hród-

Et regum maritimorum equitio
35) *Auri attenuator,*
Quæ mihi præbuit.]

XIV. *Ego* 36) *amici fur* (vel *amicum furatus*)
Dicar (*dictus fuero*)
Et 37) *improuiſus fraudator*
Ad 38) *Odini poculum quod attinet*
Exi-

s) Váliúgir, I. corrupte, ex compendio ſcripturæ generali non recte intellecto.

u) Falli, E. ſine ſenſu commodo. Fulli, I. quod et conjecerat G. Pauli.

35) *I. e.* vir liberalis. Vell, *ab* at vallda, *pollere, notat* diuitias *in ſermone poëtico, et jure quidem, nam* diuites, *qua tales,* potentes *ſunt, etſi in nulla alia poteſtate ſint conſtituti.* Vönudr, *ex ratione, ſermone, ab* at vana, minuere, *potius quam ab* at venia, *verbo, aut* vani, *nomine, deducendum eſt.*

36) Vinþiófr, *tum* qui aliquid amico ſuffuratur, *ut* þiófr þiófs, þiófr minn etc. *tum* qui amicum male ac fraudulenter quærit ac nactus eſt, *ut* heſta-þiófr, ſauda-þiófr [*quæ tamen exempla non video quomodo huc pertineant.* G. M.]; *utervis ſenſus hic locum habere poteſt, vel quod rem debitam amico ſubtrahat, vel quod eo ſe indignum oſtendat.* G. Pauli.

37) Valiugr, homo fraudulentus; *in Hiſtoria Thorvaldi Taſaldi eſt* res fraudulenta. *Idem. Siue potius* fraus *vel* fallacia improuiſa *ſ.* inexſpectata. *vid. quæ argutatus ſum ſuper voce* Vá *in Edd. Sæm. Gloſſ. Locus autem ex* Þorvallds þætti Taſallda *in Ol. S. Trygg. huc pertinens ita habet:* Ek hefi trúad á mátt minn ok megin, en nú er mer ordinn váliúgr i fyrſta finni at þeim átrúnadi, *i. e.* confiſus ſum viribus meis et fortitudini, cæterum ex ea fide nunc mihi prima vice euenit inſperata fallacia, *vel* ea fides — in fallaciam inſperatam expetiit.

38) *I. e.* circa poëſin, *vel* venam meam poëticam, *qua nempe non uſus fuerim ad amici laudes canendas; quod autem poëſis adpellatur* poculum Odini, *ejus rei fundus eſt Edda de* medo Siettungi, *ab Odino adquiſito.* Full, *deriuationem quod attinet, mihi nihil aliud eſt quam Lat.* Poculum. [Vidris ɔ: Odins full, *n. g. eſt vel* ei ſacrum poculum, *vel* poëſis, *quemadmodum et* Fylli, (*Dan.* Fylde) *id. ſc.* poëſis, *uſitatiſſime et ſecundum Eddam. G. Pauli.*]

Hródurs *x*) örvirdr
y) Ok heit-rofi.
Nema ek þeſs gagns
Giölld um vinnag

XV. Nú er þat ſed
Hvar *z*) ek ſetia ſkal

39) *Exiſtimatione indignus*
Et fidei (*promiſſi*) *violator,*
Niſi ejus 40) *auxilii* (*beneficii*)
Compenſationem præſtem.

XV. *Nunc id viſum eſt*
Ubi ponere me oporteat

Bragar Car-

x) Ita poſui ex membrana, ubi tamen, nequid diſſimulem, örverdr legi poteſt, quod eodem fere recidit. Eyrvirdr, E. et I. idem ſonans quod alterum, imo ipſum illud alterum ſcriptione haud inſolenter mutata. Sic Eyrlugi pro Örlygi, ſupra in hac Hiſtoria, ſecundum quosdam codd. Sed alio ſenſu hanc ſtropham cepit G. Pauli, verſio ejus: *Qua laudem aſſis æſtimandus;* in quam ſic commentatur: Eyrvirdr, cum aliud ſe non offerat, ad numulum Eyrir (de quo P. Vidalinus et Hypn.) referre viſum fuit. Poterat etiam dici Auvirdr, i. e. *nullius* aut *exigui pretii*, vid. Wormii Lex. Runic. Forte et Eyrvirdr pro Urvirdr, i. e. úr verdi edr gilldi, ut Eyréndi eſt örendi ſ. erendi, ɔ: úrendi, *ſpiramen*, *ſpiritus*, etc.

y) At, E. unde G. Pauli ſtropham vertit: *quod fidem fefellerim*, et accipit Heitrofi pro ablatiuo neutrius generis Heitrof, in quod ita commentatur: Heitrof, ab heit vel heiti, *votum*, *promiſſum*, *de re aliqua ſc. certa nominatim conceptum*, et hinc at heita á, *voto concepto* (proprie nim. ac primario) *cum promiſſo quodam auxilium petere*, a verbo, ek heiti, quod tranſitiue eſt *nominare*, *nomen imponere*, Germ. heiſſen. Rof, a verbo, at riúfa, *rumpere*, in ejusmodi rebus, quanquam et aliis, uſitate. Aliud eſt, at rífa, quod et *rumpo* ſignificat. Hæc *ille.* Set, E. et I. unde facile eſt facere ſett, *conſtitutum*, ſc. *in animo poëtæ*, vel ſætt, *viſu facile*, *perſpicuum;* certe audſærr, audſætt, item einſærr, einſætt, in lingua noſtra habemus, unde credibile eſt, ſærr et ſætt, olim dictum fuiſſe.

z) Ek, repoſuit G. Pauli, pro er, quod E. et I. habent, credo ut auri ſuæ conſuleret; ſed ſi librorum lectionem ſequimur, ſenſus eſt non incommodus: *ubi ponendum ſit — — — laudem* etc.

39) *I. e. uno verbo:* infamis, *Dan.* ærelös; *ego enim* Hródr *hoc loco pro* exiſtimatione ſimplici, *quam vocant*, *accipio.*

40) Gagn *h. l.* auxilium, *ut alias etiam* ógagn ɔ: ólid. *G.* Pauli. *Poſſit etiam per* officium, *Germ.* Dienſt, *exponi, vel etiam per* commodum, *quando* ógagn *foret ſimpliciter* incommodum.

Þ) Bragar fótum
Bratt ſtíginn
Fyri æ) mannfiöld
a) Margra ſiónir
Hródr

41) *Carminis pedibus*
42) *Ardue (alte) incedentem (evectam)*
Ante hominum multitudinis
Numeroſæ oculos
Lau-

Þ) Hanc et ſequentem ſtropham in vacuo reliquit G. Pauli. Ego eas, quantum potui, pro meo tenui oculorum et ingenii acumine, membrana ſimul aliquid adjuvante, tales, ut hic exhibentur, ſupplere et vertere conatus ſum. Accepi *το* ſtiginn, ſtroph. ſequ. quod et membr. et chart. pro participio præterito actiuo, atque id in ſenſu connexui cum Hródr, lin. 7. Exemplaria chartacea, hic lacunoſa, exhibebant, *bogt fótum*, et unum Þegr, pro illo priori; ſed mihi membr. viſa eſt habere Bragar, et initio ſequ. lin. iterum Brag, ubi Baug præfert E. quæ duo ſi admittimus, ſenſus erit harum trium linearum: *Quo meum carmen, aureum præmium relaturum tendere debeat* o: *quod ejus debeat eſſe argumentum.* Quod autem *annulorum*, tanquam *præmii* pro carmine, mentionem hic facit, non eſt adeo humile aut abjectum, ſi ſpectemus mores antiquos, ut fortaſſe hodie videri poſſit; nam præmia pro poëmate, dare et accipere, non dedecori ſibi, ſed gloriæ ducebant veteres, tam viri principes, quam ipſi poëtæ.

æ) Manna fiöld, eodem ſenſu, G. Pauli; ſed altera lectio eſt figurata, nempe nomen ſing. collectiuum conjungere cum Adjectiuo plurali.

a) Margrar, ſc. fiöld, (pro fiöldar, quod dubium eſt, an dicatur) foret ſimplicius, ſed figurata conſtructio magis adridet.

41) *Ad literas harmonicas poëſeos noſtræ, quæ* Studlar, fulcra, *appellantur, adludit, quasque mihi licere putaui per Lat.* pedes *exprimere; nam ſine iis poëſis noſtra offendit et caduca eſt. Super autem hiſce* ſtudlum *ſiue* Brágar fótum *noſtri cum Lat.* pedibus *conuenientia et disconuenientia confer. J. Olauium de arte poëtica veteris Septemtrionis Cap. II. §. 13 et not. *.*

42) *Ob arduum tam inſignis materiæ rite et digne exornandæ negotium, vel ob ſublimia Arinbiörni merita. G. Pauli ſuper haſce duas ſtrophas, quas in lacuna tanquam deſperatas reliquit, hæc commentatur: Vocum mihi valde ſuſpectarum loco hiatum potius ponere viſum, quam ſine mente ſonos fingere vel pingere, cum eas nec inter ſe componere poſſem, nec ad ullum præſentium objectorum referre, quales ſc. hic adparent. Se ipſum tamen hic Egillum ſpectaſſe, vix dubitandum.*

Hródr *b*) mektugs	*Laudem potentis*
Herſa *c*) kindar.	*Præfectorum ſobolis.*
XVI. Nú erumc *d*) audſkæf	XVI. *Nunc* 43) *facile mihi eſt expolire*
e) Omun-lokri	*Sermonis dolabra* (*lingua*)
Margar	*Filii*

b) S. mectugs, E. et I. quod retinere mihi viſum eſt, quandoquidem nom. ſubſt. mekt occurrit in Niałsſagæ membrana haud contemnenda, ut me docuit Collega meus et amicus J. Johnſonius; verba libri ſunt in carmine Kaupahedinis ſiue Gunnaris perſonati: Ungr var ſeima ſlaungvir ſlíkr at *mekt* ok ríki. Occurrit quoque ſubſt. mekt, in cantilena Johannis Arii, ultimi Epiſcopi Hol. de religione Romanenſi, quod cecinit, cum ad ſuplicium duceretur. vid. Annal. Joh. Egilli. Hæc quadamtenus adſerunt lectionem mektugs contra G. Pauli, cujus hæc verba ſunt: Ex mectigs [vel mektugs] quod habet mſ., feci makligs, *meriti* ſc. *laudem*, tum quod jam in antecedd. de Arinbiörni in Egillum meritis, et quidem de ſummo ejus *merito*, de *potentia* vero nihil, neque hic, neque alibi [multum in ſequentibus Arinbiörni diuitias, et conſequenter potentiam, prædicat poëta, unde de hujus adſertionis veritate judicari licet. G. M.], quod nec alias admodum ſolenne; tum quod vehementer dubitem, vocem mectugr, qua hodie vulgus utitur (Dan. mægtig) acui eſſe Egilliani. Hactenus ille. Quod autem ſi mektugs non placeat, máttags, eodem et aliquanto præſtantiore ſenſu, ut ad fortitudinem et eximias animi virtutes Arinbiörni adludatur, ſubſtituere in procliui eſt; nam eam vocem linguæ noſtræ antiquæ eſſe genuinam, nemo negauerit, neque abit longius a chartarum lectione, quam illa alia viri ingenioſi lectio.

c) Fortaſſe kundar in gen. maſc., ut congruet adjectiuo mektugs; altera tamen lectio figurata ſeſe non ſine decore tuetur, ut conſtructio *του* mektugs cum nomine principali pro minus principali, ſiue ut ajunt Grammatici, cum re, pro nomine.

d) Audſkiæfd, habet Skállda, G. Pauli; quod ego neque improbem.

e) Jón lotri, habent quædam Skalldæ exemplaria, vitioſe; deinde lákri pro lokri, in parentheſi, adponit G. Pauli.

43) *Dicere vult poëta per quandam Epanorthoſin ejus, quod priore verſu dixerat, laudes Arinbiörni nullo ornatu indigere, atque ſatis in ſe eſſe ſplendidas.* Skæfr *in* audſkæf *deduco ab* at ſkæfa, polire. Omun, *in ſtropha ſequ. eſt* ſonus, ſermo, *et occurrit in ſermonis vocabulis Edd.* Lokr *etiam in mythologiis ejusdem, eodem ſenſu atque hic acceptum eſt vocabulum.*

Magar Þóris	*Filii Thoreris (Arinbiörnis)*
Mærdar efnir	*Laudis materias,*
Vinar míns	*Amici mei,*
f) Þau er válig liggia	*Quæ* 44) *ſtupendæ jacent*
Tvenn ok þrenn	*Binæ ac ternæ*
A túngu mer.	*In lingua mihi.*
XVII. Þat tel ek fyrſt	XVII. *Id* 45) *primum ego numero*
Er fleſtr um veit	*Quod plurimi norunt*

G. Pauli *in his duabus ſtroph. atque in ſexta a me diſſentit; ejus verſio et verba ſuper ea re hæc ſunt:* Facile mihi eſt adornare ſermone calido (ſono) — — — jacent quippe illæ tepidæ binæ *etc. continuatur per hanc ſtrophem [hunc verſum, ex mea loquendi conſuetudine.* G. M.] *Metaphora ſ. ſimilitudo e re equeſtri petita [ea metaphora non præceſſit, quantum ſcio, adeo ut hic non dici poſſit continuari.* G. M.] *et quidem ab equis calceandis.* Skeifa o: ſkæfa, *a* ſkór, *eſt* calceus equi; ſkævadr, *nomen* equi; *inter calceandum autem ſæpe continent ore equiſones clauos calceis mox adfigendis deſtinatos, quo facilius reflectantur et minus diſſiliant.* Volgr, calidus, tepidus; *per Epentheſin* valigr *vel* voligr, *ſi non alterum contractum;* Lákr *vel* lókr, *id. a* Hláka *vel* láka, ventus calidior, niues liquefaciens; hlær ſunnanvindr, *Ol. S. Trygg. Part. II. pag.* 135. *atque hæc quidem, vel ab arridendo, vel quod inter ridendum calidum exſpiretur.* Lókr, membrum virile, *petulantioribus modo uſitatum vocabulum.* Hlæia, *Dan.* lee, *Germ.* lachen, *ſolenni Epenth. ch.* Audſkæfdr, *i. e.* audſkeifadr, facilis calceatu, *hic non de equo aut ſolea, ſed de clauis, niſi forte per Hypallagen.* Omr, *m. g.* oman, *n. g.* ſonus, *hic* omun, *foem. id. Hactenus ille.*

f) Þerar, E. et J. corrupte, unde G. Pauli commode ſubſtituit, þar er, *quippe.* Þviat, *nam*, ex Skálda allegat idem vir doctiſſimus, cui conſentit I. Sed Skálda, qua utor, Wormiana, præfert quod in textu eſt. Deinde valeg habent E. et I. eodem ſenſu. Eſt autem totus hic verſus in Skalda ſub nomine Egilli citatus.

44) *Confer. tamen n.* 37. *ſupra. Poſſit vero vocabulum hic exponi e dicto loco:* Improuiſe, temere, ſine meditatione, incogitate. *Utut eſt, notio illius* vá *vel* vo *adhuc in ambiguo hæret, etſi quantum poteſt, fecerim ad eam illuſtrandam in Gloſſ. Eddæ; hoc certe loco* malum inopinatum, *ut quidam putant, ſignificare nequit.*

45) *Hic tranſitum facit poëta a priuatis Arinbiörni meritis, ad merita ejus et decora uniuerſalia.*

Ok al-þiód
g) Eyrum ſækir.
Hve milldgedr
Mönnum þótti
Bióda-Biörn
h) Birkis ótta.

Et uniuerſus populus
Auribus 46) *adpetit:*
Quam liberalis
Hominibus viſus eſt
47) *Menſarum Urſus*
Betulini timoris.

XVIII. Þat *i*) allsheri
At undri gefzt
Hve

XVIII. *Id uniuerſæ genti*
Mirandum euenit,
Quam

g) Ita G. Pauli; ſed Eyrim, pro var. lect. corrupte; Eyrum autem in ipſo contextu. E. et I. qui accuſandi caſus eſt, unde ſenſus foret: *Quod populi aures ſectatur, frequenter accidit.* Mox ſækir in textum intuli, cum exemplaria habeant ſekir, quod G. Pauli retinuit, et ſekkir in parentheſi adpoſuit, ſine ulteriore illuſtratione; vertit autem, *recondit.*

h) Birki ſótta, I. *betulinorum morborum*, i. e. *ignium*, haud illepide quidem, ſed Sóttar in ſingulari magis placeret.

i) Forte legendum öllum her, eodem ſenſu, nam Herr eſt *hominum multitudo*; notum eſt illud in Hryggiar-ſtycki de Olao Tranquillo rege: Allr herinn elſkadi hann, ubi de *exercitu* ſermo non eſt, ut hodie vox accipitur, ſed de *populo*. Porro illud Allsheri, ſiue conjunctim, ſiue diuiſim legatur, mea quidem ſententia, ſuſpicione non vacat, licenter fortaſſe formatum a genetiuo Allsheriar, ſed illud tamen ob auctoritatem poëtæ damnare nolim.

46) *Quæ enim ad liberalitatem adtinent, de aliis relata audire, gratum eſt hominibus, ut et alias virtutes, unde ſibi aliquid ſperare poſſent, ſi ita res ferret. Præterea inaudita ſunt auditu jucundiſſima; ergo populus ſingularem Arinbiörni munificentiam auribus captabat, ſiue* decorabat, *ut Plautina phraſi utar.*

47) Biódr, menſa, *in Rigs-þula; quænam autem eſt* menſa ignis ordinaria, *præterquam* focus? *atque hic noſtra lingua dicitur* arinn. *Mihi viſum eſt hanc circumlocutionem haud illepidam nominis* Arinbiörni *preſſe ad ipſa verba exprimere. Quisque noſtræ poëſeos non imperitus videbit, quod per* Birkis ótta, ignis *ſignificetur; meam verſionem qui improbant, præferant, licet, Dni.* Gunnari *verſionem hanc:* Denominatus Biörnus *a* foco, *i. e.* Arinbiörnus, *quæ minus noſtram poëticam ſapere videntur. Porro ille adnotat:* Biódr, qui offert, *a verbo* ek byd, offero. Birki, betula. ótti (ógti) terror, *vid. Hypn.* Birkis ótti, betulæ terror, ɔ: ignis;

Hve hann úrþiód
Audi *) gnegir.
k) En Griót-biörn
l) Um *m*) gnegdan hefir
Freyr

Quam ille 48) *genus humanum*
Pecunia 49) *abunde ditet.*
Sed 50) *Focarium Urſum*
Abunde ditauit
Frey-

ejus biódr, focus. *Hæc ille. Sciendum autem Betulam hic pro quocunque ligno poſitam eſſe.*

*) Gnægir, in parentheſi adpoſuit G. Pauli, quod et uſitatius, ſenſu eodem.

k) Þviat, *nam*, Edda Cod. Worm. quæ poſteriorem partem hujus verſus adlegat.

l) Voculam ſuperfluam rejecit G. Pauli, quam tamen ex genio antiquæ poëſeos ſeruare mihi viſum eſt, cum in meis exemplaribus compareat. Of habet Edd. Worm. quod eodem recidit.

m) Geddan, eodem Edda, *dotauit* vel *ornavit*, ſimpliciter.

48) Urþiód; *quemadmodum particula* úr, *quæ* ex *ſignificat et varie uſurpatur*, univerſalem priuationem *notat, ut* úrvinda, örmagna [*in hiſce non eſt univerſalis privatio, ſed* exceſſus rei *præter modum atque ad ultimum terminum, quod etiam præcipue valet de exemplo, quod vir doctiſſim. mox adducet.* G. M.], *ita hic, quamuis alio ſenſu, univerſaliter accipienda videntur. Exemplum quidem veterum hic ſe nullum offert, interim tamen animaduerto poëtam eximium prioris Sec. Hallgrimum Petræum dixiſſe:* Örþiádr frá eg hann yrdi, viribus eum plane defectum accepi. *Vulgo etiam audio hodie:* Örgædis liár, heſtr, *de* falce *vel* equo optimæ notæ. *Vel etiam* úrþiód, *pro* verþiód, *eodem ſenſu, ut* Durgr, öndurdr, dögurdr, *pro* Dvergr, öndverdr, dagverdr, o: her verandi þiód, veraldar þiód. *G. Pauli. Hæc poſterior interpretatio unice vera eſt, ut opinor. Sed an deriuatio prioris partis in hac voce compoſita recte ſe habeat, adhuc ambigi poſſit.* Ver *eſt* vir, vira *autem apud Lat.* foemina; verar, homines, *in Edda; undecunque hæc originem trahant, generalem interpretationem dare mihi libuit, cum vir doctiſſim.* totum populum *poſuerit in ſua, quod non poteſt adplicari, niſi ad Arinbiörni, conterraneos Norvegos. Vid.* Verþiód *in Edda Sæm. Gloſſ.* Yrþiód *habemus in Snorrio Tom. II, et quidem in carmine Einari Lauicrepi* (Skálaglamm) *de Hacono Dynaſta ut opinor, quæ vox* homines militiæ idoneos *videtur ſignificare, ſed an huc applicari queat, certum non habeo, nimis enim anguſtæ notionis videtur ea eſſe, utpote cujus prior pars ad* yrr, arcus, *referenda ſit.*

49) Ek gnægi, nægi, ſufficio: *hic tranſitive* beo, dito. [*Mox*]. gnægdan, *Acc. ſing. Particip. paſſ. ejusd. Verbi; ab Adj.* nógr, gnógr, ſufficiens. *Vid. Hypn. Gloſſ. Synt. a Verbo* at ná, pertingere. *G. Pauli.*

50) Griót-biörnum (*i. e.* Arinbiörnum).

Freyr ok Niördr	51) *Freyerus et Niördus*
At fiár-afli.	*Pecuniæ viribus (vi).*
XIX. Enn Hroalls	XIX. 52) *Atque (at) in Hroaldi*
n) Á hófudbadmi	*Villa capitali*
Auds	*Opum*

Griót, lapides (*nom. collect.*) *n. gen.*, *ex his autem exſtructus* arinn, *i. e.* focus. *Idem.*

n) *i*, eodem ſenſu. I. ſed *á* pro varia lectione, *at* video apud G. Pauli in parentheſi poſitum quo nihil opus erat. Intereſt tamen, quomodo vocabulum Höfudbadmi intelligendum ſit, id enim non dubitavi ſubſtituere pro librorum lectione Höfdbadmi, quod noſtra lingua nihil ſignificat, ut opinor, atque adeo G. Pauli viſum eſt ex ea refingere Hófdbadmi, i. e. ex ejus verſione, *prædio allodiali*, et, in parentheſi, at Haufud-badmi, *apud Hroaldi filium.* Quam ſuam verſionem ſequenti nota illuſtrauit, vel adſtruere conatus eſt, nam ultra conatum, in talibus, progredi non poſſumus, et ille ſua laude non debet carere: »Hefdbadmr dici poteſt, *quod quis poſſidet prædium*, *præcipue autem hæreditarium* [cur ergo allodiale, vocabulum nullius pretii, neque, ut opinor, ſatis adhuc intellectum iis, qui id frequentant, in verſione poſitum eſt? et præterea, non ſatis ſcio quo ſenſu priorem vocis compoſitæ partem, i. e. Hefd, hic ceperit vir ingenioſus. Analogiam tamen pro eo ſtare, etſi exempla deſint, non diffiteor. G. M.] Communiſſime quidem notat badmr, *arborem* ſed nec minus vere complectitur illa vox *totum regnum vegetabile*, et hinc facile *terram* ſ. *terræ ſuperficiem* [recte, ut opinor. Vide Grimnismál in Edda Sæm. de orto Ymeriano vel mundi ex eo creatione; et uſitatum eſt, in quibusdam Islandiæ locis, ut e. Thingeyenſi Toparchia Gras pro *Tellure* vel *Solo*, in electione: at ſkíra Barn í Grafi, i. e. *puerum recens in lucem editum*, *neque adhuc de ſolo ſuſceptum baptizare. G. M.*] Badmr autem dictus eſt a bedi, o: *lectulo;* ſub arboribus quippe per herbam, grata paſſim prædicatur quies ſiue recubatio, et vulgata hodieque locutio, at bada í róſum, *inter roſas volutari*, de vita tranquilla ac jucunda; nec aliunde certe, quam hinc, terra dicitur Biaud, f. g. quod et gramen producat, et in ea recubatur. [vide Gloſſ. Eddæ Sæm. in voce Badmr, et me ſupra in hoc libro pag. 431. not. 10. G. M.] Ex altera parte dicitur *filius* ættbadmr [ut et átt-runnr *cognatus* apud, Thiodolfum Noruegum, in poëmate *Hauſtlöng.* G. M.] item Höfud-barmr, rectius n. f. Höfud-badmr: prius *arborem* ſpectat *terreſtrem*, ut et Kynſtafr, necnon, ſi ita placet, Ætt-ſtudill,

Kynqvísl, Ætt-bogi, quæ tamen duo sæpius collectiue usurpantur; posterius (Höfud-badmr) *circum distinctum capillitii humani;* conf. Somnium Haraldi Pulchricomi, [quod non recordor; forte scribere voluit, Halfdani Nigri, qui pater erat Haraldi. G. M.]: Collectiue autem illud quidem *gramen terræ*, hoc vero *totum capillitium*. Siue vero Hefdbadmr legatur, siue Höfudbadmr, ad Arinbiörnum referri strophain hanc, ostendit sequentis initiale Hann, qui et tum extra, patriam agens, tum prædium auitum obtinens, virum egregium ac liberalem se præstitit G. Pauli. Höfud-barmr quatuor locis occurrit in Ll. Gulensibus, et videtur ibi *Stirpem masculam* denotare collectiue; nihil tamen impedit, quin de *persona singulari* accipere id liceat, quemadmodum in iisdem Ll. video Karlsvift et Kvensvift collectiue usurpari, cum tamen in nostro sermone vernaculo eæ voces de *singulis personis* adhibeantur. Quantum mihi quidem videtur, Höfud-barmr rectior, certe liquidior, lectio est quam illa altera, nempe Barmr, ab at bera, *parere;* non tamen nego, scriptionem Badmr eodem sensu accipi posse literis R et D inter se permutatis, cujus permutationis exempla sunt in lingua latina. Höfud, prior pars vocis, non video, quid aliud notare possit quam *præstantiam* s. *excellentiam;* et non celabo meam opinionem: rectius esse arbitror Höfudbarmr vel badmr legere in nominandi casu, et intelligere *personam singularem*, nempe ipsum Arinbiörnum; tum vero præcedens vox á Verbum est, non particula, et notat, *possidet, habet.* Quod G. Pauli dixit de *capillitio*, fateor me cum circumstantiis textus nostri conciliare non posse, neque ad eas applicare, quod neque ipse fecit, quantum video.

51) Freyr ok Niördr. *Hos pecuniæ datores nobis sistit Edda Fab. XXI et XXII.* Idem. *Verba Eddæ sunt:* Freyrr rædr fesælu manna, *i. e.* felicitatem (opulentiam) hominum pecuniariam in potestate habet. *Et de Niördo:* Hann er sva audugr ok fesæll, at hann má gefa þeim (*Pronomen demonstrat. pro nomine* Mönnum, *alias in Edda obuium*) aud landa ok lausa fiár. á hann skal til þess heita (*forte*, er á hann heita til þess), *i. e.* Ille tam opulentus est, et a fortunis beatus, ut donare possit opulentiam fundorum et rerum mobilium hominibus; ob eam rem votis conceptis inuocandus est. *G. M.*

52) *Est in hoc versu ulterior expositio aut repetitio prioris aliis verbis, poëtæ nostro non insolens, quæ ejus dicendi copiam monstrat; vel est occupatio objectionis*, quasi facile Arinbiörno sit, adeo largum esse, qui opibus adeo abundet tam hæreditariis quam aduentitiis, vel a semet ipso adquisitis. *Sed soluitur objectio hemistichio posteriori.* Confluxu amicorum ad Arinbiörnum visentium necesse est immanes sumtus a viro tam liberali in conuiuia et xenia fieri.

o) Auds p) idgnótt
At *) álnum q) ſiſia.
Sem r) vinreid
Af vegum aullum
Á s) vindkers
Vídum botni.

XX.

Opum erat 52b) *adfluentia*
Præter facultates gentilitias.
Quemadmodum et amicorum adequitatio
Ab omnibus viis (undique)
53) *In ventorum vaſis*
Vaſto fundo.

XX.

o) Aud ſat, E. unde G. Pauli fecit aud ſáſt, vel audug ſáſt, i. e. *vacuum (euacuatum)* vel *plenum videbatur*, *penu*, ex ejus interpretatione. Ego membranam ſequutus ſum, quæ ſimpliciter præfert, auds idgnótt. Audſiön, eſt in I. quod facile eſt corrigere in audſen, *conſpicua* vel *perſpicua*. Nemini autem mirum videatur, Verbum ſubſtantiuum abeſſe, hujus enim ellipſeos exempla ſunt, etſi rariuſcula.

p) Idgnótt non male ſe utique habet: ſed et forſan, non minus bene, Ignótt, ut dicitur Inógr, eodem ſenſu ac ſimplex nógr, vel etiam aucto. Gr. ἰκαρος. Vid. ad ſtroph. præced. G. Pauli. Illud I. in talibus compoſitis *diminutionem* ſignificat, quantum ſcio, ut in Iſúrr, Iſætr, et æque valet *ſub* Latinorum in vocabulis ſimilibus. Adeo ut nihil opus fuerit hac viri doctiſſimi conjectura.

*) Alnum, legit G. Pauli, et ſtropham interpretatur, *ſuſtentato cognato*, non admodum liquide, mihi quidem.

q) Sifa, I. i. e. *cognati* vel *filii*, quando alnum ſonaret *genito* vel *nato*.

r) Vinſæld, vinſeld, I. et E. in margine, o: ad verbum, *beatitudo ab amicorum copia* vel *amicitiis*. Quæ tamen lectio non adeo bene conciliatur cum ſequente, af vegum öllum.

s) Ita I. ſed Vindkars vel -kárs, E. quod in noſtro ſermone vix procedit, etſi Dani Kar pro Ker dicant.

52b) Idgnótt. Ida *proprie* gurges aquæ in ſe contortæ, vortex, *it.* mare, *in ejus ſilua Nomenclationum Eddica. Transfertur autem* maris vel aquæ redundantia *ad* aliarum rerum copiam ingentem; *unde illud in Pauls Biſkups Saga impreſſa, ſi recte recordor: ſe* Þeirra *vox* ſem *ſiórr gengi á land; et vulgaris eſt dictio in noſtro ſermone*, ſió-nóg, *i. e.* maris inſtar ſatis *vel* copioſum, *quod cum Lat.* abundans et adfluens *amice* congruit. *Præterea* Sægr *de* ingenti multitudine *notum eſt, vocabulum veriſimiliter variatum a* Særr, mare. *Sed quid G. Pauli cogitauerit, cum* Idgnótt *per* penus *interpretatus eſt, fateor mihi non liquere; forte priorem vocis partem deriuare voluit ab* at inna, præſtare.

53) *Super hac* terræ *appellatione poëtica, nempe*

XX. Hann *t*) dragſeil
Um eiga gat
Sem

XX. *Illi* 54) *funem tractorium*
Poſſidere contigit,
Tan-

Vindkers botn *vide ampliſſ.* Sc. Thorlacii adnotationem *ad* Haconar-Quidam Sturlæ Theodori, *quo addo ex Edda:* Jörd má kalla gólf ok botn vedra hallar, *i. e.* Tellurem periphraſtice appellare licet pauimentum et fundum aulæ aëriæ ɔ: coeli.

t) Draugſeil, it. dargs, dergs, durgs, dorgs, drogs-eld; hiſce varietatibus in margini adpoſitis ſcripturam ſui exemplaris, quod ſine dubio membraneum fuit, ut aliud a mea membrana, imitari conatus eſt I. unde tamen ego nullum ſenſum elicere quiui. Deinde, monitu J. Olavii, qui hic agi arbitratur de matrimonio Arinbiörni ab rege ei procurato, pro Seil legendum opinarer Sól, quæ una erat Divarum Aſianarum, et hic foret ſuppoſitum in muliebri appellatione periphraſtica; unde ſenſus fuerit, ſi Drag pro *geſtamine* vel *eo quod fertur* ſ. *geſtatur* accipimus, et heyrnar ſpann, ſiue de *aure* ſiue de *capite: Illi obtigit, rege conciliatore, mulier* ɔ: *uxor, unacum hominum* ɔ: *præfectura.* Et illud, Gódum á, foret ſingularis numerus, et ad Arinbiörnum ipſum pertineret, quaſi diceret poëta, á-gódum pro æ-gódum, *ſemper-bono.* Interim tamen de hac conjectura merito ambigitur, ex ea ratione, quod Verbum vardi in poſteriore hemiſtichio eſt, ſed poëtæ veteres conſueuerunt ſententiam claudere in prioris hemiſtichii fine ſiue quarta linea finita, niſi aliquam elegantiam ſingularem captauerint, cujus exempla dantur rariſſima.

54) Dragſeil heyrnar ſpanna *vix aliud eſſe poteſt, quam vel* inauris, *pro* auro *in genere poſita, vel* aurum *ſimpliciter, ut* tempora, *et* frons, *propter adfinitatem cum auribus,* vocentur heyrnar ſpann. *Notum autem eſt vett. geſtaſſe* aureas *et* argenteas vittas; *unde non improbabile eſt hæc metalla a* fronte *et ejus* adjunctis, *atque adeo a* capite *ipſo, periphraſtice appellari poſſe; quod etſi in Edda hodierna non exſtat, exemplum tamen ejus habeo in* Andra Rimu x. *ubi* Brúna-miöll, nix ſuperciliorum, *pro* argento *ponitur; quemadmodum et in Eyrbyggia, carmine vetulæ de Glæfero tauro:* Hadds hallar miöll, *i. e.* capilli aulæ (capitis) nix.

Sem *u*) Hilldíngr	55) *Tanquam regi,*
Heyrnar ſpanna	*Urnarum acuſticarum,*
Gódum *x*) á-vardi	56) *Bonis ſemper impendit*
Meþ	*Cum*

u) Hic pro Hilldingr, *rex*, tanquam alieno, poſui Hilpíngr, a Verbo at hiálpa, *auxiliari, opem ferre.* Heyrnar ſpanna dragſeil, *aurium funis tractorius* eſt *hoſpitis blandiloquium, commendante ſimul orationem vultu, unacum domo ac dapibus, cet.* Spanni a eſt *vaſis genus*, et quidem *certa (aridorum) menſura*, unde et Dan. ſpande, et fors Lat. *modius*, per aphæreſin et antitheſin. Eſt et ſpónn, *cocleare*, et panna, *olla*, quorum neutrum hinc alienum. Hann var pottr ok panna i því edr því, *auctor et actor* etc. G. Pauli. Qui adeo tertiam et quartam lineam, ſenſu e poſteriori hemiſtichio ſuppleto, vertit: quem auxiliator — impendit. Non poſſum negare, mihi haud inuenuſtam videri conjecturam viri ingenioſi, ſpónn pro ſpann proponentis, ut adeo *auris* vocaretur *cocleare auditus*, nempe *id quo ſermo hauritur;* tum vero legendum fuerit ſpána vel ſpóna, quod poſterius uſitatum eſt, atque etiam in poëmatibus Hungurvakæ occurrit in complexa voce Hornſpónar-efni. Sed quod vir doctus ſpanna format a nominatiuo ſing. ſpanni, gen. maſc. vereor ne erraverit; mihi vox non occurrit, niſi uno loco apud Snorrium in legumlatione Sveini Alfivæ filii, ubi habetur ſpann ſmiörs, et vel in foem. vel in neut. gen. capienda eſt, non enim, ut arbitror, in maſculino.

x) æ, eodem ſenſu, et quidem uſitatius ſuppoſuit G. Pauli. Sed altera lectio ſic ſatis procedit, nam videmus in compoſitis, ut ex. gr. Aláfr, pro Ælífr vel Eilifr, poſitum eſſe; vide Alfr in meo Eddæ Gloſſario.

55) *Prædicat in Arinbiörno regales diuitias et ſplendorem regalem; reges aliis ditiores et ſplendidiores eſſe oportet, propter reditnum magnitudinem et dignitatis excellentiam. Non autem mirum eſt Egillum, hominem auarum, et magnificentiæ tamen deditum, adeo multiloquum eſſe de diuitiis et ſplendore Arinbiörni. Denique nolui omittere ſuſpicionem meam, quod* heyrnar ſpanna dragſeil *accipi poſſit de* Fama egregia, *quæ* homines undique ad viſendum Arinbiörnum adlexerit, *ut habemus verſ. præced.*

56) *Per* gódum *et* gumna fiöld *intelliguntur* optimates *et* plebs, dites *et* pauperes; dicet adeo poëta, Arinbiörnum de ſuo contuliſſe in homines cujuscunque conditionis. *Super voce* vardi G. Pauli *hæc adſcripſit:* at veria, *Dan.* anvende, in uſum aliquem conuertere; *unde* et vara *et* varníngr, merx, *forte* et verd, pretium.

Meþ gumna fiöld
y) Vinr *z*) ve-þorins

Cum hominum multitudine,
57) *Amicus bello-intrepidi*

y) Vinir, viner, E. et I. item membr. per ſcripturæ compendium. Monui, autem non ſemel, compendium illud non ſemper legi debere per *er* vel *ir*, ſed ſupplendum eſſe, pro ut circumſtantiæ poſtulant.

z) Mea exemplaria, unacum ipſa membrana, in qua hic verſus ad legendum ſatis eſt liquidus, præferunt Veþorms, per þ in medio, quo ea membrana nunquam aut rariſſime pro *d* utitur; confiteor quidem nihilominus illud Veþorms accepi poſſe pro cognomine hominis alicujus, qui amicus fuerit Arinbiörni; ſed cum de hoc nihil conſtet, atque adeo ſententia inde ſatis jejuna eueniat, mihi, poſt multam ambiguitatum vertiginem, tandem ſententia ſedit, librorum lectionem, leuiſſima mutatione, in Veþorins reſtituere. Quod Ve interdum notauerit *arma*, veriſimiliter colligo ex una et altera veterum cantilenarum; nominatim ex carminibus Darradi in Niálsſaga, ubi J. Johnſonius, poſt A. Magnæum, eam vocem neceſſario, ut mihi videtur, ita accipit. Sed ſi, una litera addita, legere velimus Ved-þorins, ſenſus exſiſtit haud multum differens, nempe: *Ad pericula intrepidi.* At ved ſetia ſik, habemus apud Snorrium in Olai Sancti Hiſtoria, i. e. *ſe periculo objicere;* it. þat er i vedi, de *ea re*, *quæ facile amitti poteſt*, in ſermone noſtro vernaculo; ille tamen ſenſus a periculo, quod pignoris depoſitioni adjunctum eſt, ſine controuerſia eſt translatus.

57) *Haraldum regem hominem bellicoſum, et alumnum Arinbiörni (teſte Hacono rege, ſupra pag.* 524) *in re incerta intelligere poſſumus per illud* ve-þorins veclínga tís; veclíngar *forent homines* alacres, vegetes. Tír *quod attinet, vide Var.* þ *quod vel eſt a verbo* at tiá, dare, præſtare, *quod principibus dignum eſt, vel a Gr.* τίω, honoro. *Super voce* Veclíngr *hæc commentatus eſt G. Pauli:* Veclíngr *patronymice ſe habere videtur, a* Vekill, *quod nomen virile, habet Landn. pag.* 97 (Schalh.) *deriuari videtur a* vöku, vigilia, *ſ. verbo* at vaka, vigilare, *mire conuenientibus Lat.* vigil *et* vigilo, *priori pro primitiuo habito, quod et habendum puto, quemadmodum non ex* pugilo, ſtrigillo, pugil, ſtrigil *vel* ſtrigilis, *ſed contra, ut hujusmodi plura taceam.*

Veclinga þ) tís.

XXI. Þat hann *a*) vidr
Er þrióta mun
Flesta

Juuenum decoris (vel *principis*).

XXI. *Id ille* 58) *obtinet* (*præstat*)
Quod defore opinor
Plu-

þ) Tös præferunt membr. E. et J. unde nullum sensum, nostro sermoni conuenientem, potui eruere; etsi non nesciam Tös (Taus) in Danica et nostra lingua hodierna pro *puella adolescentula*, nobis tamen potissime in malam partem, Danis in utramque. Facile mihi erat, Tóis, nostro sermone rectius Tægis, Dativus Tægi, n. substituere, quod foret *Staminis*, *feminis*, vel *agminis*, cogn. Germ. Zeug, quam vocem ii de *panno* frequentant, sed sine dubio latius extendi potest, atque adeo usque ad *personas;* interest tamen, quæ vocis originatio sit, mihi verisimillima videtur ab at toga, *ducere*, sed fateor, vocabulum Töi, n. nobis hodie sic satis usitatum, nusquam mihi in priscis monumentis occurrisse, sed Taug, g. f. legi in Vilhialms Saga Sióds, ubi Toga quadam sic habet: Engi vissi hver Taug i henni var, i. e. *nemo sciebat, quid staminis in ea esset*, vel *unde confecta esset;* atque ita dicimus hodiedum: Þat er gód Taug i einum, *bona indole præditus est;* et e contrario: Þat er ecki ein gód Taug i honum, *nihil bonæ indolis in eo est.* Si ergo hunc sensum acciperemus, Taugs collectiue sonaret *generis*, et positum esset pro Taugar, quamuis id sit contra regulas grammaticas in talibus foemininis, unde tamen videmus exceptionem aliquando fieri, ut ex. gr. in Hísings (insulæ nomine) pro Hísíngar. In re adeo incerta visum est mihi tandem aliquando, pro Tös substituere Tis, aut si mauis, Tys, nam scriptio est ambigua; utriusque notionem in versionem intuli. Posset et legi, Res; erat autem Rer unus regum maritimorum, et hic simpliciter, etsi raro exemplo, de *principe* acciperetur, intelligereturque Haraldus Gráfeldus, Arinbiörni alumnus, qui plurimum vitæ suæ in marinis expeditionibus transegit. Hasce duas lineas G. Pauli intactas et inexplicatas reliquit, una voce excepta, nempe Veclínga, de qua notam consule.

a) Ita videtur legendum in I. qui tamen pro varia lectione, quemadmodum et E. adfert, inder, vocem nullius significationis; unde tamen G. Pauli feliciter restituit, innir, *expendit*, sane quam eleganter, ut dicat poëta, Arinbiörnum *plura in donis expendere, quam possideant vel diuissimi.* Vider, in contextu habet E. quales lectiones aliquoties damnaui, et qua occasione inuectæ sint, significaui.

58) *Dicit poëta in hoc versu*, Arinbiörnum duas res consecutum esse, quæ adquisitu

Fleſta menn	*Plurimis hominibus,*
Þót fe eigi.	*Quamuis pecuniam poſſideant:*
Kvedka ek ſkamt	*Dico non breue eſſe ſpatium*
Milli ſkata húſa	*Inter domos* 59) *munificorum,*
Ne *b*) audſkept	60) *Nec facile manubrium aptari*
Almanna ſpiör.	*Omnium hominum ſpiculis.*
XXII. Geck madr eingi	XXII. *Exiit hominum nemo*
At Arinbiarnar	*Apud Arinbiörnum*
Or legvers	*Ex* 61) *cubitoriæ manſionis (piſcatoriæ)*
Löng-	*Longo*

ſunt difficillimæ, *nempe* nomen Skatii, *i. e.* viri inſigniter munifici, *talis enim Skatius, rex maritimus, erat, ut Edda teſtatur; quæ et in virorum præſtantium adpellationibus adfert vocabulum* Þiód-ſkati *et* Gull-ſkati, *et ipſe Egillus in Hofudlauſn attulit nomen* Blódſkati. *Altera res eſt* omnium, ſaltem plurimorum, beneuolentia et adprobatio, *quod ne Deo quidem opt. max. contingit, ex trito prouerbio noſtrate:* Engi gerir ſvo at öllum like, ok ecki Gud i Himnaríki, *i. e.* nemo ita facit, ut omnibus placeat, et ne quidem Deus ipſe in regno coelorum.

b) Einſkept, per elegantem conjecturam, adpoſuit G. Pauli, retenta tamen altera lectione; vertit autem illud prius per, *unum manubrium aptari.*

59) Regum *in verſione* G. Pauli *minus videtur ſonare, quam illa altera acceptio vocis.*

60) "*Ultimæ hujus adſertionis veritatem egregie illuſtrat Ranguars Saga Lodbrók. ſub initium. Spectat autem hujus ſtrophæ poſterior pars diuerſos hominum ſenſus ac mores, tanquam ſequentis comparationis exordium.*" G. Pauli. *Senſum ipſum paullulum attigi ſupra not.* 58. *Huc autem apte congruit notum illud ex Rúnatals-Þætti Odins:*

Skó-ſmidr Þú ne ver
Ne *ſkepti-ſmidr,*
Nema Þú ſiá.ſum Þer ſer.
Skórr er ſkapadr ílla,
Eda *ſkapt ſe rángt,*
Þá er Þer böls ofbedit.

i. e. Calcearius opifex noli eſſe,
Neque *manubriorum opifex,*
Niſi tibi ipſi fies;
Calceus eſt male formatus,
Aut *manubrium* diſtortum,
Tum tibi mala imprecantur homines.

61) Leg, locus, ubi quid jacet, lectus. Ver, *n. g.* piſcatorum manſio. *Intra domum autem cubatur; et hinc illa* Legvers knörr *peripbraſtic. poët.* G. Pauli. *Cum tamen*

Löngum knerri	*Longo nauigio* (ɔ: *domo*)
Hádi *c*) leiddr	*Ludibrio deductus*
Ne *d*) heipt-kvidum	*Aut fœui-dictis*
e) Med atgeirs	*Cum* 62) *bipennis*
Audar túptir.	*Vacuis receptaculis.*

XXIII. XXIII.

knörr, *ſequatur*, ver *autem ſit* mare, *et* nauis *potius denominanda videatur a* mari, *quam a* piſcatorum manſione, *videndum eſt amplius anne*, ver, mare *ſit ex mente poëtæ adpoſitum ſ. adjunctum in hac domus periphraſtica adpellatione; ſed fateor tamen, eam acceptionem eſſe duriuſculam, quod* domus dicatur maris cubitorii nauigium. *Interim notum eſt*, terram *pro* mari, *et* mare *pro* terra, *interdum poni a veteribus poëtis, idonea determinatione adjecta, ut in hoc Sighvati poëtæ*, Sparn raſtar knör *Rádyris vör, ubi* Röſt *eſt* terra, *ejus nauigium*, equus, et Rádyris vör, *rangiferi portus*, terra.

c) Leiddir, præferunt mea Exemplaria, et retinuit G. Pauli, quod et ferri poteſt figurate, plurali poſito pro ſingulari; ſed alterum, ut ſimplicius, repoſui; et volo cauere omnibus, ne iſti ſcriptioni, *ir* pro *ur*, in talibus, nimium credant.

d) Heipt-kirdum, nullo ſenſu idoneo, præfert E. unde G. Pauli adpoſite reſtituit id, quod in textu eſt, quæ ejus conjectura videtur etiam adſtrui ex cod. I. Idem vir ingenioſus aliam conjecturam adfert, nempe Heipt-yrdum, ſenſu eodem.

e) Ne, *aut*, hic ſine neceſſitate intulit G. Pauli.

62) Atgeirr, *haſtæ genus, bellicæ quidem ſemper, quod ſciam, ſed tamen vi compoſitionis* Hippocentrum, *ſc. in hippomachia, ubi tamen uſitatus baculus*, Heſta-ſtafr. At *et* etia, *in Höfudlauſn*, vard odda at, ſtroph. 8. [*ad noſtram rem nihil præſentem deriuare vocem* Atgeir, *quod et forſan non adeo facile, neque multum plauſibile eſt in verbis Dni G. Pauli modo adlatis; nam vix eſt ut credatur, veteres talibus inſtrumentis equos ſuos ſtimulare, atque adeo vulnerare voluiſſe; fortaſſe tamen prior pars vocis ſit ab* at ota, protrudere, intrudere, *quod ſine periculo geſtantis tale haſtæ genus facile e longinquo impelli poſſet, propter haſtilis, ferro ſine dubio circumuincti, ſaltem ex parte anteriore, longitudinem.* G. M.] Atgeirs túptir, ɔ: töptir, [*vox ſemper ſcribitur* túptir *per ú in Ll. Gulenſibus, nequis eam ſcriptionem noſtræ inſcitiæ aut negligentiæ tribuat.* G. M.] manus haſtæ receptacula. Topt, parietes domus, ſine interiore et ſuperiore ſtructura. *Aliquando etiam pro* domo *accipitur vel ut pars pro toto, vel quod ea ſine inhabitante, vacua eſſet.* En þar Skadi byggir – – fornar

XXIII. Hinn er *f*) fe-grimmr
Er i fiördum býr
Sá er *g*) ofdólgir
Draup-

XXIII. *Ille eſt* 63) *in pecuniam ſæuus,*
Qui in Fiördis habitat,
Qui 64) *hoſtiliter tractat*
Dra-

tóptir födr, inhabitat priſcam patris domum. *conf. Hypn. Gloſſ. Diatrib.* G. Pauli. Tópt *mihi quidem nihil videtur aliud eſſe quam Gr.* τοπος, *i. e.* locus definitus, fundus. Konúngr let marka toptir til garda (*ubi ſcilicet ne parietes quidem antea exiſtebant*), *in Olai Helga Saga in Cod. Flat. Sic et in Ll. noſtris:* at færa bæ ſinn (hús ſín) á fornar tóptir. Odals-tóptir, fundus hæreditarius *ſine* gentilitius, *occurrit in carmine Sigbvati poëtæ, Ol. Sancti mortem legentis:* Minn Drottinn lek opt á *Odals-tóptum* ſinna manna.

f) Ita reſtitui, conjectura ductus, cum I. et membr. per ſcripturæ compendium præferant feg'mr, ɔ: fegermr, vocem nullibi exiſtentem et ſenſu caſſam. Fe-gernri, ſatis rigida vox, et incertum, ad quem adplicanda ſit, eſt in E. quod G. Pauli recte reddidit *auarior;* interea nihil ſolicitus de re ipſa vel perſona, ad quam hoc pertineat. Scimus ex Ol. Saga Tryggv. et aliis monumentis, Arinbiörnum in Fiördis, Norvegiæ prouincia, habitaſſe; unde hoc hemiſtichium de eo, quam de nemine, aut ſaltem de aliquo penitus ignoto, potius intelligere mihi viſum eſt. Niſi tamen aliquis velit dicere, Egillum, hominem auarum, in Borgarfiördo Islandiæ habitantem, ſe ipſum hic intellectum velle, luſo quodam, ei non inſolenti, vel in ſuam ipſius perſonam.

g) Ofdólgr, I. i. e. *nimius hoſtis*, vel ſimpliciter *hoſtis*, ut *of* ſit parelcon, quæ lectio altera ſimplicior eſt; mihi enim verbum ek dólgi et nomen verbale agentis dólgir, m. penitus incognita ſunt, etſi non negem, ea ſuam auctoritatem aliqua analogiæ ſpecie tueri poſſe; retinui ergo hanc lectionem, nixus præcipue Dni. G. Pauli auctoritate.

63) *Ita Siurlæ Theodori rex Hacon ſenior dicitur* Gulli-grimmr *in hiſce:* En þar ſat Seggia Drottinn gulli grimmr á giaf-ſtóli; *et poëtæ veteri, Thorvaldo Blönduſkáld*, Gull ſtrídir *dicitur* vir liberalis, *quod velim conferatur cum* dólgir draupnis nidia *in lineis ſequentibus. Huc etiam pertinent verba Einari Sculaſoni in Edda Sn.* lætr ſtillir grid gulli — ſlitna.

64) Ofdólgir [*vel diuiſim* of dólgir. *G. M.*] odit ɔ: odioſe premit vel ſectatur. Dólgr, hoſtis, *dictum videtur a Verbo* at dylia, occultare, *quod alteri male cupientes conſilia celent.* Söku-dólgr, ἀντιδικος. *G. Pauli. Conf. Gloſſ. Eddæ Sæm. ubi voces* dólgr, *m. et* dolg, *f. a Lat.* duellum *arceſſiui. Ceterum nemo miretur, Dni.* Gunnaris *adnotationem et interpretationem*

Draupnis nidia *h*).

* * *

Söku-nautr

Sona

65) *Draupneri filios.*

* * *

66) *Aduerſarius*

Filiis

hujus loci a mea-diſcedere aliqua ex parte, cum ille diuerſam lectionem ſequutus ſit, quam ſub lect. variante f. *adtuli, et quadamtenus reprobaui.*

h) Plura hujus Odæ non exiſtunt in E. cujus apographum ad Dnum. Gunnarem transmiſſum erat, ſed duo hemiſtichia addit. I. quæ an cum ſuperiore, et an inter ſe ipſa cohæreant, non auſim definire, cum præſertim, ut diuiſa adferantur in laudato exemplari; eo tamen pronior ſum, ut putem, antecedentibus ea adnecti poſſe; certe alterum quod attinet, non videntur male inter ſe cohærere. Neque amplius ullum verbum in ipſa membrana legere eſt. Non pauca hic deſiderari, oſtendit orationis ſeries inde ab initio ſtroph. xv. Nú erumc audſkæfd etc. et mox: tvenn oc þrenn. De ſola autem liberalitate [opibus et ſplendore. *G. M.*] hactenus actum, nec ſermo ille ad finem perductus. Offert autem ſe facile altera laudis materies, egregia in reges et amicos fides, ex parte quidem ante tacta ſtroph. x. et ſeq. ſed amplius multo deducenda ac celebranda. Nec forte bellicam viri virtutem, præter alias morales, intactam reliquiſſe poëtam crediderim. Horum ergo deſiderio, necnon ceterorum, quæ deſunt, rectiorumque alicubi, ſi haberi poſſent, majorem in modum tactus, paſſim apud amicos de hac oda inquiſiui, ſed fruſtra. Delectant interim non mediocriter, quæ in meritas Arinbiörni laudes ſplendidiſſimæ ſuæ Hiſtoriæ Norvegicæ inſeruit doctiſſimus et accuratiſſimus Gerhardus Schiönning, ingeniorum conſiliorumque æquiſſimus ac perſpicaciſſimus judex, Part. II. pag. 317. 325-26, mihi quidem multiplici ſuo merito laudandus, ſed mea tenui laude multo majore digniſſimus. Quod vero ad ejus [Odæ] compoſitæ tempus attinet, indicat illud haud obſcure Hiſtoria, ubi de Haraldi Grafeldi et cum eo Arinbiörni in Norvegiam reditu agit, miſſi tum ab Egillo carminis mentionem faciens. *G. Pauli.*

65) *I. e.* annulos. Draupnir *et* drúpnir, o: ſtillator, annulus Eddicus annuliparus. *G. Pauli. De quo in Skirnis-för Eddæ Sæm. item in Edda Snorr. de funere Balderi. videtur autem ea Mythologia ad* foenus pecuniarium *adludere.*

66 *Hic laudat Arinbiornum ab ſeueritate in puniendis et coërcendis hominibus maleficis.* Söku-nautr, *rara vox eſt, occurrit autem*

i) Sona hvinna
Hríngum *k*) hnoter
l) Hádds vegandi.

* * *

Hann

Filiis furunculorum (latronum)
Armillarum 67) *conſumtor,*
Annuli peremtor.

* * *

Ille

in Ll. Gulenſibus Tit. Kaupabalki; formata vero eſt ut Skuldu-nautr, debitor. Nautr *per ſe eſt* conſors, *item* is, unde quis aliquid accipit, *ſed raro occurrit in compoſitione de* eo, qui malum negotium cum aliquo habet, aut moleſtiam ei faceſſiuit, *niſi in his duobus, quæ nunc adtuli, ſtricte ad verbum exponendo* Söku-nautr *foret* conſors in lite, *quod per luſum aliquem poëta vocat Arinbiörnum, eo quod judiciis et armis perſequeretur ſceleratos.*

i) Sonar, in ſing. *filii.* I. quod propter neceſſitatem in pluralem transmutaui Deinde Hinna in eodem exemplari, ſequitur, ſenſu ſane ambiguo, unde adeo pro eo reponere mihi viſum eſt Hvinna; poſſit et reponi Linna, ut *filii Serpentum*, per Hebraismum et Hellenismum, ſint *ſerpentes ipſi* vel *genus ſerpentinum*, quorum aduerſarius, adludente poëta, dicatur Arinbiörnus, propterea quod *eorum cubile*, o: *aurum*, hominibus dilargiatur. Sed ſi omnino illud Hinna retinendum ſit, intelligendi ſunt *alterarum partium homines*, qui ab Haraldo Grafeldo et aliis Gunnhildæ filiis non ſtabant, ut Arinbiörnus ſtetit, aut ſaltem iis ſuſpecti erant, vel eſſe poterant, de regni cupiditate, et propoſito, Haconis Adalſteinii cædem ulciſcendi, ex. gr. Tryggvius Olai, Gudrödus Biörni (principes) et Sigurdus Hlada-Jarlus, aut horum filii, Olaus Tryggvii, Haraldus Gudrödi, cognomine Grönlandus, et Hacon Hlada-Jarlus, poſtea Dynaſtes Norvegiæ.

k) Forte Hniótr, *offendiculum*, vel Hriótr, diſperſor, utrumque homini liberali congruenter.

l) Hades, præfert I. vocem nullius pretii et ſenſu caſſam; ſed opinor eam ſcripturam proueniſſe e compendio literarum in ejus libri matrice, a ſcriba non recte intellecto. Siquis legere voluerit Hodds, quandoquidem Hodd pro *auro* vel *annulis* illo altero uſitatius eſt, certe in obliquis caſibus, id ſane licite potuerit, nam literæ *a* et ǫ inter ſe alternant.

67) At hnota, *unde verbale agentis* Hnoter *analogice, nam mihi nusquam alias viſum eſt id vocabulum: putatur eſſe* glandes decerpere vel decutere *proprie*, *ab* Hnot,

Hann alldr-teig
Um eiga gat
Fiöl-ſáinn
m) Fridi ſpiöllum.

* * *

n) Vark árvakr
Bark ord ſaman
Med mál-Þións
Megin-verkum.

Ille 68) *ætatem productam*
Sorte obtinuit
69) *Frequenter conſentiens*
Paci violatæ.

* * *

Mane euigilabam,
Verba congerebam
Cum 70) *ſermonis miniſtri*
Operoſo labore:

Hlód Ex-

glans arboris eſculenta, *et deinde extenſum eſſe ad* quamlibet diminutionem vel carpendi actionem, ut Hnoter *vel* Hnotir *verbo tenus notet* carptorem *aut* diminuentem; *id tamen vocabulum juſto minus videtur ſignificare ad prædicandam Arinbiörni munificentiam; vid. ergo conjecturas meas in lect. var.*

m) Simplicius foret, Fridar ſpiöllum. Sed alterum tamen conſiſtere poteſt, ut ſpiallr in nominandi caſu contractum ſit a ſpilladr, particip. paſſ. verbi at ſpialla.

n) Hunc verſum octoſtichum intuli, ſiue potius hujus poëmatii laciniam eo clauſi, e Skalda, ſub figura periphraſi, ubi Egillus ejus auctor laudatur. Videtur autem ille fuiſſe ultimus aut penultimus dicti carminis, cujus neque ego quidquam amplius adferre habeo, e præſentibus ſubſidiis.

68) *Hoc haud abſimile eſt illi Horatiano:* Vivet *extento* Proculejus *ævo. Conf. Ind. Landn. ſub voce* Teigr.

69) *I. e. quamuis plurimum in bellis verſatus ſit Arinbiörnus, tamen ad ætatem grandem peruenit.*

70) *Auctor Skaldæ ita commentatur:* Hann kallar mál-Þión *túnguna.* her er ſeiginlig líkíng milli Þións ok *túngu.* Þvíat hon er hlutr mannſins. *i. e.* Adpellat *linguam,* ſermonis miniſtrum. hic eſt impropria comparatio inter *miniſtrum* (famulum) et *linguam;* nam ea eſt pars hominis. *Ita auctor Skaldæ. Sed mirum mihi accidit, qua propter poëta noſter non poſuerit* Þernu, miniſtræ, famulæ, *pro* Þións, *ſiquidem* Túnga, *ſuppoſitum, cujus hic ſit translatio, eſt generis foeminini, quemadmodum et* Þerna, ancilla. *Translatio autem in hoc verſu eſt ab conſtruendis* ſtruibus lignariis, *quæ nobis dicuntur* Vidar-keſtir, *ad* carmen concinnandum.

Hlód ek lof-köſt
Þann er lengi ſtendr
Obrotgiarn
I bragar túni.

Exſtruxi laudis cumulum,
Qui 71) *diu ſtat*
Diſſolui neſcius
In 72) *carminis area.*

LXXXI. Cap.
AF EINARE HELGASYNI OK AGLI.

Einar het madr, o) han var Son Helga, Óttarſonar, Biarnarſonar hins auſtræna, er nam laund í Breida firdi. Einar var Bródir Oſvifrs ens Spaka. Einar var þegar á únga aldri mikill ok ſterkr ok enn meſti atgervi-madr. han tók at yrkia þegar er han var úngr ok var madr námgiarn. Þat var eitt Sumur á Þíngi at Einar geck

LXXXI. Cap.
DE EINARE HELGII FILIO ET EGILLO.

Einar dictus eſt homo; is erat filius Helgii, filii Ottaris, filii Biörni cognomento Norvegi qui territoria in Breidafiordo occupauit. Einar frater erat Oſuivi Sagacis; ille in pueritia ſtatim magnus erat corpore et robore, ac virilibus artibus præter ceteros inſignis; idem jam tum parvulus carminibus condendis animum adjecit, et ingenio fuit capaci (artes humaniores diſcendi cupidus). Euenit æſtate aliqua in comitio,

o) Sequentia ita contrahunt Hol. I. P. ok var Helgaſon, han var ſkáld gott. ſed paullo plenius, Jör. han var atgiörvismadr mikill ok ſkáld gott — *et poëta excellens.*

71) Lengi, *modeſte dixit, non adeo* ſemper *(qua ſpe jamdiu excidiſſet poëta, ut videmus), ſecus quam Ovidius in ultima Metamorphoſi, et Horatius in carmine:* Exegi monumentum aere perennius. Stendr *autem, in tempore præſenti,* certitudini *deſignandæ poſuit poëta, non* ſtanda mun, *in tempore futuro, quod æque per metrum poterat.*

72) Tún, area ſepta; I bragar túni, *poteſt et reddi,* intra ſepta poëmatum, o: *in cordibus et oribus hominum,* vel *inter opera poëtarum, quæ memoria hominum ſervantur. Etſi autem hæc translatio ab lignis in ſtruem congerendis ad poëmatia componenda, duriuſcula videri poſſit faſtidioſæ elegantiæ noſtrorum temporum, tamen in ſe non inelegans eſt, ſaltem nobis Islandis, qui id, ad quod translatio ſit,* nempe Köſtr, *nouimus, et talibus translationibus ex Edda aſſueti eſſe debemus.*

geck til búdar Egils, Skallagrímsſonar ok tókuz *p*) þeir at ordum. ok kom þar brátt talinu at þeir *q*) rædду um ſkáldſkap. Þótti hvarum-tveggia þær rædur *r*) ſkemtilegar. Sidan vandiz Einar optliga, at gánga til tals vid Egil. giördiz þar vinátta mikil. Einar hafdi litlu ádr komit út or *s*) för, Egil ſpurdi Einar miög *t*) auſtan tídenda *u*) ok at vinum ſinum *x*). ſo ok at þeim er han þóttiz vita, at úvinir hans váro. han ſpurdi ok miög eftir ſtórmenni. Einar ſpurdi ok i mót Egil frá þeim tídendum er fyrr höfdu giörz um ferdir Egils. ok *y*) ſtór virki hans. enn þat tal þótti Agli gott. ok rættiz af vel. Einar ſpurdi *z*) Egil hvar

ut Einar tabernaculum adiret Egilli Skallagrimi filii; atque illi verba inter ſe invicem conferre occeperunt. is autem ſermo eo breui deuenit, ut de re poëtica loquerentur; e qua disputatione uterque voluptatem capiebat. Deinde Einar inſueuit colloquendi cauſa frequenter ad Egillum ire. Magna adeo inter eos extitit amicitia. Einar paullo antea in patriam redierat e nauigatione mercatoria. Eum Egillus multa rogitabat ſuper novellis Orientalibus (Norvegicis), amicisque ſuis; item iis, quos credidit ſuos eſſe inimicos: etiam ſtudioſe de proceribus percontatus eſt. Einar itidem viciſſim requirebat de rebus anteactis, in (de) itineribus Egilli, et de magnis facinoribus illius. Ille autem ſermo Egilli animo ſuauis erat et oportunum incitamentum ad eum [ſermonem] continuandum. Idem porro Egillum interrogabat,

p) tókuzt ordum. Hol. etiam recte. töluduzt þeir vid. Hrapp. quod eodem fere recidit.

q) rædduzt. Hrapp. *inter ſe.*

r) gódar. Hol. *ea confabulatio utrique ſuauis viſa eſt.*

s) förum in plur. Hrapp.

t) úr Noregi, ſenſu eodem Jör. utan *e terris exteris.* Hrapp.

u) fra ſtórmenni ok vinum ſínum þeim er voru i Noregi, *de nobilitate et amicis, qui in Norvegia exiſtebant.* Hol. I. P.

x) ſo ok — váru, etiam exclud. Hrapp. male.

y) ſtórmennſku, *magnificentia*, vel *indole heroica.* L. M. Hrapp. ſuſpecte.

z) ok — vel omitt. Jör. Hol. quod neque ſatis in ſe liquidum eſt, mihi utique. vide tamen Gloſſar. Víga glumsſagæ in voce rettiz vel rettaz. fieri etiam poteſt, ut rættiſt hic ſit, *radices egit*, o: ſtabilitus fuit, ne abrumperetur, aut et *germinauit, pullulauit, prognatus eſt*, ut planta ex radice. Utroque ſenſu translato.

hvar han hefdi þeſs verid ſtaddr at han hafdi meſt reynt ſik? ok bad han þat ſegia ſer. Egil qvad:

Bördumz ek einn vid átta
En vid ellefu þ) tysvar.
Sva ſíngum æ) val vargi
Vard ek einn bani þeirra

Skipt-

bat, ubi locorum ita fuiſſet conſtitutus, ut ſuæ virtutis ſummum feciſſet experimentum; petebat, ut id ſibi diceret. Egillus cecinit:

Pugnauus una contra 1) *octo*
Et contra 2) *undecim bis*
Ita ſtragem parauimus lupo
3) *Solus eorum interfector extiti.*

Diſſe-

þ) Ita membr. vi permutatur in y, ut kykva, pro kvika, in kykva-vödvi, *muſculus vivus*, vel *ſenſilis* in manu interiore ſupra pollicem; item in Biörgyn, pro Biörgvin, Berga (Bergen), urbs Norvegiæ celebris, quaſi vel *tecta* ſimpliciter *ſyluis*, nempe ab at byrgia, vel *montibus* aut *ſaxis circumdata*, ut Biörg-vinn -vín -yn ſit participium ſine verbi origine, a biarg, *rupes*. Vulgus codicum præfert vulgatum, tvisvar, in Jör. eſt, tvenna, quod eodem abit, ſi diuiſim intelligamus, *bis undenos*.

æ) veid. Hol. præter H. item Svec. *venatum prædam*. Verd, *victum* H. O. utramque lectionem ita adprobat Dominus Pauli, ut tamen retineat eam, quæ in textu eſt; neque facile eſt decernere, quæ harum trium præſtet, niſi varietates tropi gratia potius amplectandæ videantur.

1) Hoc factum eſt in ſaltu Eidenſi ubi ſolus Egillus ex inferiori loco adgreſſus eſt 8 homines in clivi ſupercilio conſtitutos, et eos omnes interfecit.

2) Semel in Friſia Arinbiörno militans Cap. LXXII. pag. 531 ſupra. Iterum in ſaltu Eidenſi, ubi tamen tres homines ſecum habuit, qui tranſitum defenderunt, adeo ut plus juſto hic de ſe prædicauerit poëta, dicens ſolum ſe aduerſus 11 dimicaſſe, ſed quod ſe ſolum 11 occidiſſe memorat, in eo Hiſtoriam ſibi ſuffragantem habet.

3) At amla in noſtro ſermone eſt, *cum labore et moleſtia iter facere* cognatum ſine dubio Lat. *ambulo* et Angl. *amble*, quod Junio exponitur: *tolutim incedere;* jam vero, Aſkr eſt *nauis* vocabulum poëticum, ſed incompletum, ut quisque videt, atque adeo per adpoſitum Emla determinatur, ut plane ſit *nauis* adpellatio. *Ambulare* etiam de nauibus dictum inuenitur apud Latinos, et Emla vel incerto *b* Embla, analogice ſatis formatur, ab at amla. Si hæc non placeant, videndum

a) Skiptum hart af-heiptum	*Diſſecuimus ſæuiter ex iracundia*
b) Hlífar *c*) ſkelfi-knífum.	*Clypeos vibrabilibus cultris*
Let	*Dedi*

an aliquid eorum quæ in lect. var. nugatus ſum, admitti poſſit.

a) ſkiptunſt (corr. pro ſkiptumzt nam illud *n* vitioſum eſt) Jör. quod æque ac primam lectionem ſkiptum, adoptavit G. Pauli, et utrumque ſkiptum (ſkiptumzt). — hlífa ſkelfi-knífum, reddit: *commutauimus — gladios*, ſine ulla ulteriore illuſtratione, ne quidem ut nos docere velit, quid illud, ſkelfi, prior pars vocis complexæ, ſkelfi-hnífum, notet. || ſkiptuzt, in Paſſiuo, *diuiſi ſunt cl.* I. aptum, *clamauimus*, vitioſe. L.

b) hlífur, in accuſandi caſu plurali. Hol. quæ lectio vix eſt, ut procedat. hlífar in textu eſt Accuſatiuus pluralis, et fortaſſe verbum, at ſkipta, *ſecare*, *ſcindere*, referendum ad Græc. σκαω vel ξεω, olim cum Accuſatiuo conſtructum fuerit, etſi ex uſu datiuum adſciſcat, quod ſi, hlífar, pro Genitiuo ſingulari capiendum ſit, ad ſkelfi-knífum in ſenſu adplicandum eſt, itidem uti Dominus Pauli eo adplicuit ſuam lectionem hlífa (Genit. plur.) quod ſupra notatum; quam lectionem ille e ſuo exemplari vel ingenio intulit, non enim extat in varr. lect. ad eum transmiſſis. Comparet tamen in Jör. a prima manu, item Hrapp. et eſt tam ad ſenſum, quam ad poëſin indifferens.

c) ſkelfum. O. *concuſſis* vel *vibratis*, interim non celabo meam opinionem; ſi adoptemus explicationem verbi, ſkiptum, aut lectionem ſkiptumz, videtur mihi illud ſkelfi, ſkelfum, in ſecandi notione accipiendum, ab at ſkelfa, *ſecare*, *transſecare*, per transpoſitionem literarum orto, ab at ſkelfa, idem notante, unde hodie nobis, *ſkeflingr*, dicitur *truncus cæſæ arboris*. Utrique cognatum, at ſkella, *abſcindere*, *amputare*, ut at ſkella undan einum fótinn, in Hiſtoria vetere — — ſköpin, *exſecare cui genitalia*, apud Biörnum de Skardsá in Annalibus, et, ſkella þridiúng af ſiálmi, apud Thorlacum Gudbrandi rhytmicorum principem in Ulfars-ríma II. Hoc modo ſuppleretur adpellatio gladiorum ſkelfiknífar hlífar, *cultri ſectores munientorum corporis*, quæ alias non ſatis plena nec plana eſt, neque tueri ſe poteſt, niſi per figuram litoten, qua *cultri* nomen *gladio* tribuatur. * i (at) *in* ſine neceſſitate conjicit G. Pauli, ſeruat tamen, af, eodem ſenſu. of, *ſuper*, *in*, præp. Accuſatiuum regens, mea foret conjectura. Cfr. Var. lect. ſequ.

Let ek af *d*) emblo aſki	*Dedi ex* 4) *ambulatorio fraxino*
Elld	*Ignem*

d) Ita membr. *a.* nam Endlu, quod in varietates ad Dominum Pauli transmiſſas irrepſit, a vitioſa lectione eſt, quæ in Traduce Asgeiriano viſitur. Emlu. Jör. Emla, hinc corruptum Hrapp.

4) Embla (Emla) fortaſſe fuerit nomen priſcum *arboris alni*, aut *ulmi*, quo poſito, ſed non affirmato, ſi aſkr, pro ſylva, in genere capiatur, ut cepit G. Pauli, Emlu (Emblu)-aſkr, foret, *alnetum*, *ulmetum* vel tropice, dilatando, *ſylvetum quodvis*, alias Emlu fortaſſe rectiſſima ſit lectio, idque duplici ex ratione. 1) Ut Emlu-aſkr ſit *nauis*, quod ita reddi poſſit probabile: hamla eſt *obſtaculum*, *impedimentum*, *inhibitionis* vel *cohibitionis inſtrumentum*. *a* cito mutatur in *e*. Unde Oddhemla habetur in Gunnlögsſaga, quaſi *mucronis obſtaculum*, nempe *clypeus* vel quoduis corporis munimentum; porro reſtricta magis ſignificatione hamla, eſt *retinaculum*, *quo quid in ſua ſtatione firmatur* vel *continetur*, ut ſtyri-hamla, *anſa gubernaculi*, aut *funis*, *quo id hac illac varie torquetur*, in Ol. Helga Saga. Item *ſtruppus* ſiue *ſpira quo remus in ſuo continetur interſcalmio*, *ne excidat*. Qvod hemla pro hamla, olim in uſu fuerit patet præterea e nauis vocabulo, hemlir, in ſylva nomenclationum Eddica. Denique adeo adſpiratione in Hemlu, ut literarum harmoniarum conſonantia ſibi conſtet, objecta, Emlu-aſkr, *retinaculi fraxinus*, erit nauis plene et diſtincte. Nam etſi aſkr nudum de naui inueniatur, tamen ea adpellatio reapſe manca eſt et ambigua, ſi per ſe ſola ponatur, ſine idoneo attributo. Opinari igitur liceat Egillum hic tangere pugnam ſuam nauale cum Eivindo Skreya apud Jutiæ litora, de qua in Hiſtoria noſtra ſuperius pag. 261 262, quam pugnam admodum acrem fuiſſe ex verſu poëtæ, ibi adducto, concludere eſt. 2) Emlu aſkr, *obſtaculum* (*propugnaculum*) *ligneum* poſſit eſſe, vel clypeus, utpote e ligno conſtans et inflictorum ictuum vim cohibens ac retundens, tumque of, pro af, legendum, ut var. lect. ſuperiore attigi, hoc ſenſu: *ſuper* vel *in ſcuta jaculatus ſum* etc. et ſic poëta adhuc immoraretur ſermoni de certamine ſaltus Eideñſis. vel Emlu-aſkr ſignificaret, *moenia Lundenſia*, nam Egillus urbem Lundum Scaniæ (Londinum Lat. Barbaris) ligneis moenibus cinctam, una cum fratre Thorolfo facta irruptione diripuit et concremauit, ut Hiſtoria noſtra memorat pag. 244. Simul hic adluſio fieret ad urbis nomen proprium Lundr, quod appellatiue ſumtum *ſylvam opacam* notat. Has interpretationes fateor eſſe ſatis contortas et incertas. Sed quid faciendum in iſta obſcuritate? Quando non libet adoptare parum plauſibilem conjecturam Gunnari Pauli, in qua nihil video tanti poëtæ acumine et ingenio dignum, adſe-

e) Elld *f*) valbaſta kaſtad. *Ignem* 5) *pernicioſi faſtigii projectum.*

Þeir *Illi*

